



*Q. D. B. V.*

DISSERTATIO JURIDICA  
SEXTA,  
ad

CONSTITUTIONES ELECTORALES  
DIVI AUGUSTI,  
*De*  
SENTENTIA JUDICIS, LEUTE-  
RATIONE ET APPELLA-  
TIONE,

Ad Part. I. Constit. XIX. XX. XXI. & seqq.

*Quam*

*Indultu Magnifici Jctorum ordinis*  
IN ACADEMIA WITTENBERGENSI,  
PRÆSIDE

WERNERO THEODORO  
MARTINI, J. U. D. & P. P.  
CONSILIARIO ELECT. SAXONICO.

*publicæ ventilationi exponet*

In Auditorio JCT. ad diem 19. April. Anno 1683.

CHRISTIANUS AUGUSTUS *Kette*/  
DRESDENSIS.

---

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



O. D. B. V.  
 DISSERTATIO JURIDICA  
 SECTA  
 ad  
 CONSTITUTIONES ELECTORALES  
 DIVI AUGUSTI  
 IN  
 SENTENTIA JUDICIS. LENTE  
 RATIONE ET APPELLA-  
 TIONE  
 Ad Part. 2. Constit. XIX. XX. XXI. & pp.  
 In ACADEMIA WITTENBERGENSI  
 WERNERUS THEODORUS  
 CHRISTIANUS ALPHIDIS  
 Typis MATTHEI HENCKELII, a. m. d. c. c. l. x. x.



DISSERTATIO VI.

ad

CONSTITUTIONES ELECTO-  
RALES SAXONICAS  
*DIVI AUGUSTI*

RESPONDENTE

CHRISTIANO AUGUSTO Ketten /  
Dresdensi.

---

*PARTIS PRIMÆ,*

*CONSTITUTIO XIX.*

Von den Leuterungen.

**E**s soll forthin auff alle und iede ergangene Ur-  
theile/sie sind interlocutoria oder definitiva, nicht  
mehr denn eine Leuterung / so doch von beyden  
Theilen zugleich fürgenommen werden mag / welche  
auch nicht weniger/als die Appellation beyden Theilen  
gemein seyn sollen/in allen unsern Landen und Gerich-  
ten / auch in unsern Hoffgerichte/selbst fürgenommen  
werden/und ganz keine Ober-Leuterunge stat haben.  
Alleine wollen wir dieselbe in denen Fällen / wie es bis-  
anhero bräuchlich gewesen/ und unsere Landsordnung  
vermag / an unsern Hoff zu lassen / sonst aber und  
aufferhalb solcher Oberleuterung / soll es im Hoffge-  
richte bey dem Proces bleiben / so wir in der Hoff-Be-  
richts-Ordnung verfasst und auffgerichtet. Ein ieg-  
licher Leuterant soll schuldig seyn / innerhalb 6. Wo-  
chen und dreyen Tagen bey dem Richter / so das Ur-  
theil publiciret/ umb citation zur persecution und Vol-

A 2

len.

lenführung der Reuterung anzuführen / und da solches von ihm verbliebe / soll die Reuterung erloschen seyn / und das gesprochene Urtheil seine Krafft erreicht haben.

Es soll auch ein ieglicher Richter schuldig seyn / zu solcher Vollführung einen förderlichen Termin / und zum längsten nach beschehenen Ansuchen / innerhalb drey Monat zu ernennen und anzusetzen / auch sich schleunig des Belernungs Urtheil erholen / und dasselbige eröffnen.

In der Prosecution und Vollführung aller und jeder Reuterung / wie und auff was Urtheil dieselbige eingewand / soll anders nicht denn mit Bersekung vom Munde in die Feder / und mit Beschliessung zum Urtheil / durch drey und drey Sätze / wechselsweise procediret und verfahren werden.

Es sollen auch forthin in Reuterungs Sachen / wenn dieselbe freventlich eingewand / die Expens retardati Processus erkant. Da aber die Reuterung erheblich befunden / und das vorige Urtheil etwas erkläret / der Reuterant mit der condemnation expensarum verschonet werden.

## NOTÆ.

Not. I. Tractat hæc præsens Constitutio de remedio aliquò Juris Saxonici, quo sententia Judicis, præsertim *definitiva*, à viribus rei judicatae suspenditur, & singulariter usu & observantiâ fori receptum est in Judiciis Saxonis, & Germanicè vocatur *Eine Reuterung*. Et ejusmodi *Reuteratio* Saxonica differt ab *Appellatione*, quod remedium

Not. I.  
*Connexio.*

*Reuteratio*  
differt ab *Appellatione*.

um sit saltem *suspensivum*, quò nempe à viribus rei judicata suspenditur sententia, coram eodem Judice, qui illam sententiam protulit. APPELLATIO verò remedium est *devolutivum*, quò Sententia ab inferiore Judice lata non solum à viribus rei judicata suspenditur, sed ipsa causa ab inferiore Judice ad Superiorem devolvitur. Antequam verò de utròque remedio contra sententiam latam vel *suspensivò*, nempe LEUTERATIONE, vel *devolutivò*, nempe APPELLATIONE, agamus, necessariò quædam præmittenda sunt de SENTENTIA JUDICIS, à quâ vel LEUTERATIO vel APPELLATIO interponi solet.

Not. 2. Quamvis SENTENTIA extra JurisPrudentiam varias admittat significationes, ita, ut modò denotet insigne aliquod & elegans dictum Viri Prudentis, quod Græcis dicitur *γνώμη*, Germanicè ein Spruch oder Behrspruch/ modò opinionem aliquam Viri docti, vel alicujus, qui hoc vel illud sentiat, modò etiam ipsum sensum locutionis, uti dicimus hanc illius esse sententiam, vel hunc Theologum vel JConsultum in hanc ire sententiam, hanc defendere sententiam, & quæ aliæ sunt variæ acceptiones vocabuli SENTENTIÆ, quas passim recenset *Vultejus tract. de Judiciis lib. 3. cap. 11. n. 1. Wesenb. in parat. tit. de Sententia & re judic. Calvinus in Lex. Jur. & alii.* Hòc tamen locò per SENTENTIAM intelligimus nihil aliud, quàm pronuntiationem Judicis illius causæ, quæ in judicio controversitur, decisionem continentem, de qua SENTENTIA & PRONUNCIATIONE Judicis a-

gitur, partim *in lib. ff. partim C. partim Decretal.* sub tit. de SENTENTIA & RE JUDICATA, vel de SENTENTIIS & INTERLOCUTIONIBUS omnium Judicum:

Not. 2.  
Sententia varias habet significationes.

SENTENTIA JUDICIS quæ hoc loco, intelligitur

Nos ex illis titulis pauca delibabimus, quæ ad præsentis nostræ Constitutionis meliorem intellectum facere videbuntur. Et cum de SENTENTIA, ejusque legali conceptione & Publicatione solenni in tractatu nostro *de Ordine judic. celebr. Germ. cap. 20. ex professo* & prolixè satis sit actum, partim ex jure civili & canonico, partim & imprimis ex Jure Saxonico, Præsens etiam hæc nostra Constitutio principaliter tractet de LEUTERATIONE, & incidenter saltem de SENTENTIA, ideoque ne actum agamus, summa saltem capita hujus materiæ attingemus.

Not. 3.  
SENTENTIAE Descriptio generalis.

Decretum.

Rescriptum Principis.

Not. 4.  
SENTENTIA differt à RE JUDICATA ut Causa ab Effectu suo.

Not. 3. Describi in genere *Sententia* potest, quod sit *pronuntiatio quædam Judicis, continens rei controversæ & litis in judicium deductæ, causæq; vel incidentis vel principalis decisionem*, Germanicè vocatur *ein Abschied / ein Urthel*. Quamvis & hæc duo vocabula distincta sint, uti postmodum dicemus circa divisionem. Et dicitur etiam *sententia præsertim à principe vel principis nomine lata, decretum*, quod tamen causæ cognitionem præsupponit, *L. 1. §. 1. ff. de Constit. Principum*. A *sententia* tamen discrepat *Rescriptum Principis* vel *Epistola Principis*, de quâ re alibi. Hoc locò per *sententiam* nihil aliud intelligimus, quàm *decisionem controversiæ judicialis ab eo latam, qui jurisdictionem potestatem habet & jurisdictionem vel ordinariam Jure Magistratûs, vel delegatam, & quidem vel Superiorem vel inferiorem*, de quâ Juris dicendi potestate alibi.

Not. 4. Differt hæc SENTENTIA Judicis à RE JUDICATA, hæc enim describitur, *L. 1. ff. de Re judic.* Quod sit, quæ *finem controversiarum pronuntiatione Judicis accipit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit*. Ex quo textu patet, quod *res judicata* nihil aliud sit, quam

DE LEUTERATIONE.

quam effectus sententia ; Sententia autem causa. Quod ipsum etiam innuit rubrica tituli Digestor : De re iudicata & de effectu sententiarum, & de interlocutionibus. Ex quibus rubricæ verbis probari quoque potest divisio sententiæ, quæ alia dicitur INTERLOCUTORIA, alia DEFINITIVA, & hæc quidem in L. 1. modò allegatà definiri videtur à Modestino, quod sit pronuntiatio iudicis, finem controversiæ faciens vel condemnatione vel absolutione, quæ descriptio applicari non potest Sententiæ interlocutoriæ. Et definitivæ Sententiæ expressis verbis quoque fit mentio L. 3. C. de Sentent. & Interloc. omn. Jud. Ubi Imperator Alexander ita dicit : Præses Provinciæ non ignorat definitivam sententiam, quæ condemnationem vel absolutionem non continet, pro iusta non haberi. Et in L. 11. C. eod. Præsertim verò L. 16. ult. C. in pr. manifestè hæc divisio sententiæ, in definitivam & interlocutoriam exprimitur, his verbis : Cum solitum est in sententiis iudicum sic interlocutionem proferri, ut non liceat Partibus antè definitivam sententiam ad Appellationis vel recusationis venire auxilium. &c. Vocatur autem ut plurimum hæc sententia Interlocutoria in Jure Romano INTERLOCUTIO JUDICIS, quæ ratio est, quare nonnulli Doctores & Interpretes Juris Civilis inter se controvertant, num ejusmodi interlocutio iudicis nomen sententiæ mereatur ? Et quamvis negandum non sit, quod illa Pronuntiatio iudicis, quæ causa principalis deciditur, magis pro Sententia sit habenda, eiqve magis competat definitio, leg. 1. ff. de re iudic. Attamen interlocutio quoque Iudicis super quæstione, vel articulo quòdam incidente, communi usu loquendi, etiam dicitur sententia interlocutoria. Disputent quicquid

SENTENTIA  
alia est Interlocutoria, alia Definitiva.

L. 3. 11. 16. C.  
de Sent. & interl.

Num Sententia Interlocutoria vere sit Sententia an sola Definitiva?

N.

A.  
Usu loquendi.



*Jure Canonico.*

*SENTENTIA  
interlocutoria  
definitiva*

*Jure Saxonico  
expresse dicitur  
Sententia  
part. 1. Const.  
19.*

*In quibus cau-  
sis Interlocu-  
toria Senten-  
tia adhibenda  
à Judice.*

quid velint subtiliter Interpretes juris civilis hâc de re, De *jure Canonico & Saxonico* nec non *usu & observantia* fori res expedita est, quod alia sit sententia *interlocutoria*, alia *definitiva*, dum *clement. 1. verbo definitiva, de sequestratione possessionis*, sententiam interlocutoriam vocat, *sententiam inter principium & finem cause super aliquo incidenti definientem aliquam exceptionem, per quam principali negotio finis non imponitur. Vultej. de jud. lib. 3. cap. II. n. 10. II. &c.* Quod verò jure Saxonico recepta sit hâc divisio, ex ipsius nostræ Constitutionis verbis initialibus satis patet; quæ hæc sunt: *Es soll forthin auff alle und iede ergangene Urtheil / sie sind interlocutoria oder definitiva, nicht mehr denn eine Reuterung / &c.* Quotidiana nempe *Experientia Judiciorum* satis probat variis modis judici pronuntiandum esse in decidendis causis & controversiis litigantium, dum rarissimè accidit, ut lis principalis, quæ in judicium deducta est, unicâ aliquâ sententiâ, & quidem definitivâ, confestim sopiatur & penitus dirimatur: *Dasß also fort / auff die Klage Hauptsächlich erkant werde.* Emergunt nempe in *Judiciis* varia dubia, variæque *Exceptiones & quæstiones*, quæ non solum antè, sed & post *litis contestationem* incidenter quasi utrinque à litigantibus moventur, quæ omnia, cum vel *litis contestationem*, vel *Probationem & reprobationem*, vel ipsam sententiam definitivam impediunt & remorentur, per *Sententiam interlocutoriam* removenda sunt à *Judice*. Quid enim, si *Reus* quamvis legitimè citatus non compareat in *judicio*? vel si compareat, *litem* contestari nolit, quid faciendum *Judici*, si vel *Actori* vel *Reo* opponatur *Exceptio* quædam *dilatoria*, vel etiam *litis ingressum impediens*? v. g. *Exceptio*

ptio

ceptio legitimationis, vel personæ vel ad causam, Exceptio cautionis pro Reconventionem & expensis, non præstitæ gvarandæ, incompetentis fori, editionis documentorum, non factæ recognitionis, refusionis expensarum &c. Rei judicatae, transactionis, &c. his omnibus casibus quæstio, quæ movetur inter litigantes, non alia, quàm interlocutoriâ sententiâ decidi potest salvâ manente sententiâ definitivâ in ipsis meritis causæ à judice ferendâ. Ut ita inanem operam collocent illi, qui ipsi observantiæ judiciorum perperam obloquuntur. Et quamvis Doctores inter se non consentiant, num ab ejusmodi interlocutoria sententia remedium interponi possit, quo sententia à viribus rei judicatae suspenditur, quamvis etiam nonnulli Doctores statuunt, quod ejusmodi sententia, parte non citatâ, fieri possit, & à Judice etiam absque scriptis proferri, item, quod hæc sententia à judice lata revocari possit, & qui alii sunt characteres interlocutoria sententiæ, quos recenset *Ummius Disputat. 19. num. 16. & seqq.* Ubi subtiliter distingvit interpuncta incidentia & emergentia, & cum aliis Doctoribus anxie inquirat, num sententia lata super Possessione, vel executione interlocutoria sit, vel definitiva. Attamen his non obstantibus dicendum est, quod omninò sit aliqua interlocutoria sententia in variis casibus à Judice adhibenda, vel antè, vel post litem contestationem, antequam pervenire possit ad sententiam definitivam, quin imò de Jure civili & Saxonico defendi potest, quod etiam *post sententiam definitivam latam Judex interloqui possit. L. 15. §. 2. ff. de re judic.*

Infrequens nempe non est in Judiciis Saxonis, ut à sententiâ definitivâ Leuteratio vel Appellatio interponatur, quibus casibus variæ interlocutoria sententiæ ferri solent.

*Non solum ante & post litem Contestationem vel etiam post Sententiam definitivam Judex interloqui potest variis modis per sententiâ.*

*Recensentur Varii Casus quibus Judex interloqui potest post sententiam definitivam.*

lentâ Judice, anteqvam vel in leutatione vel Appellatione, inque earum Materialibus definitivè pronuntietur. Quid enim, si Leuteratus vel Appellatus non compareat, vel formalia disputet, & ad materialia respondere nolit, aliasve Exceptiones Leuteranti vel Appellanti opponant, tunc variis modis etiam post latam sententiam definitivam interloqui solet Judex, non solum in primâ, sed & secundâ instantia, v. c. Daß Beklagter auff die allbereit prosequirte Leuterung sich einzulassen/daß Appellat zu erscheinen/ und auff die allbereit justificirte Appellation zu antworten schuldig. Et quæ sunt centum aliæ ejusmodi formulae sententiarum Interlocutoriarum, ita, ut non solum in primâ, sed & secundâ instantiâ sat plures numero sententiam definitivam vel præcedere, vel comitari soleant, sententiæ interlocutoria.

Not. 5.

Num detur  
**SENTENTIA**  
**MIXTA?** A

Not. 5. Magis in dubium vocari poterit, Num præter sententiam Interlocutoriam & definitivam. tertia detur species? Quod simpliciter negandum haud esse videtur, dum certum est, & observantiâ fori comprobatum, quod **MIXTA** quædam detur **SENTENTIA**, quæ quidem reverà interlocutoria est, vim autem & effectum Definitivæ habet, hinc *Vultej. tract. de Judic.* Interlocutoriam sententiam, quæ nempe Definitivæ opponitur, iterum subdividit in **SIMPLICEM** & **MIXTAM**, quarum illam vocat, quæ in terminis articuli istius super quo est lata, subsistit, nec effectum suum ad summam rei extendit, eaque ordinem judicium potissimum respicit. Mixta est illa, quæ extra terminos suos progreditur ulterius, summæ rei sive controversiæ principali præjudicium faciens, & momentum afferens ad absolutionem vel condemnationem: eaque respicit ipsa causa merita, ex quò dicitur interlocutoria vim definitivæ habens,

Interlocutoria Sententia duplex est simplex & Mixta

DE LEUTERATIONE.

cum quâ, quoad cetera pari jure habetur. Variant Doctores in exprimendis speciebus sententiæ mixtæ, & varias recenset *Maranta in speculo Part. 3. Pos. 6. pr. n. 42. & seqq. Minsingerus, lib. 3. obs. 88. Gail. lib. 1. obs. 130. n. 6. Ummius, Disp. 19. th. 5. n. 20.* Mixtam esse vocat, quando *Judex aliquem ab observatione Judicii absolvit.* Referunt huc Doctores alii, si *Judex per sententiam injungat alicui litis contestationem, documentorum recognitionem, juramenti præstationem, vel quando per illam tangitur indirectè causa principalis, nec speranda est alia sententia.* Quæ omnia *Judicis arbitrio sunt committenda.* Sed quæritur, quâ in re ab invicem differant *Interlocutoria simplex & mixta?* Et præcipuæ quidem hæ sunt differentiæ. (1) *Quod per sententiam interlocutoriam simplicem, sola aliqua incidens causa decidatur, per mixtam autem indirectè etiam tangatur causa principalis. v. c. Interlocutoria simplex & merè talis est, quâ injungitur alicui cautio, Legitimatio Personæ, Comparitio in judicio &c.* Mixta verò, quæ insimul concernit merita causæ. (2) *Ab interlocutoriâ simplici regulariter Appellatio locum non habet, benè tamen Appellari potest à Mixtâ.* (3.) *Ummius d. l. in eo quoque distingvit utramque sententiam, quod simplex interlocutoria revocari à Judice possit, præsertim, si res sit parvi præjudicii, etiam citrà causæ cognitionem, nisi res sit magni momenti, tunc enim sine causæ cognitione & partium præsentia, revocari etiam simplex interlocutoria non potest, mixta verò, quæ vim definitivæ habet, à Judice planè revocari non possit.* De quâ revocatione Sententiæ & quibus casibus illa locum habeat, vel non, pluribus videri potest *Ummius Disp. 19. n. 20. In Judiciis Saxonis neque videtur Interlocutoriæ*

Varia Species  
MIXTARUM  
sententiarum

Differentia  
Sententiæ interlocutoria  
simplicis &  
Mixtæ.

1.

2.

3.

Revocari potest  
sententia  
simplicis à Judice.

*Num revoca-  
ri possit sen-  
tentiâ Judicis  
interlocutoria  
in judiciis Sa-  
xoniciis?*

simplicis sententiæ revocatio usu esse recepta, nisi fortè ante publicationem, dum post publicationem factam, Jus videtur quæsitum esse partibus, quod ipsis invitis à Judice adimi non potest, ante publicationem verò Judici dene- gatum haud est non solum interlocutoriam, sed etiam defi- nitivam sententiam mutare & revocare Sic memini sæ- pius in causis magni momenti post exactiorem & diligen- tiorem Actorum perlustrationem, & hinc inde à Præside & Consiliariis accuratiùs ventilatam & discussam Quæstio- nem, priorem sententiam jam conceptam & publicè præ- lectam per Vota Majora & cogitationes posteriores melio- res prioribus esse mutatam & revocatam, quæ revocatio post publicationem admittenda non est.

*Not. 6.  
A quo JUDI-  
CE ferri possit  
Sententiâ?*

Not. 6. *Quod sententiâ, sive Interlocutoria sit, sive Definitiva ferri debeat à JUDICE COMPETENTE, seu qui Jus dicendi potestatem in illâ causa habet, extrâ omnem controversiâ aleam positum esse videtur, cum tamen & hic nonnulla dubia occurrant, brevibus illa removenda erunt. Et quidem si unus saltem Judex sit ordinarius vel delegatus, ab illò solò ferenda est. Quod si verò plures sint, regulariter omnes sententiæ ferendæ adesse debent, Bene tamen hic distingvendum est inter Judices ordinarios & delegatos, quod illos attinet, tam præcisè necesse non est, ut omnes insimul adsint, sed sufficit maximam partem ad- esse, nisi consuetudine loci, vel observantiâ fori, vel legi- bus Judicii aliud sit receptum, nec obstat, quod etiam in ordinariis Judicibus industria personæ regulariter electa esse videatur, cum multa accidere possint, ut si plures sint Judices alicujus Collegii Juridici, singuli & universi Ju- dicio interesse non valeant, vel valetudine, vel absentia*  
Rei-

*Si Plures sint  
Judices, Num  
omnes ferre  
debeant?*

*Ordinarii Ju-  
dices omnes  
non adesse de-  
bent.*

Reipubl. causâ, vel alio legitimò impedimentò abstracti, quò casu dubium non est, quin absentium non habeatur ratio, sed sententia ferri possit, vel a *Majori Parte* vel ad minimum à *tribus*. Sic sententia lata in supremo Appellationum Judicio, in Curii Electoralibus & aliis Collegiis Juridicis, pro invalidâ habenda non est, quamvis singuli & universi Collegiis assessores & consilarii Judicii Judicio non affuerint præsentés. Aliter sese res habet in Judicibus datis vel Commisariis, de his enim intelligenda est *Lex 39. ff. de re Judic.* ubi *Celsus JC.* ita sentit: *Duo ex tribus Judicibus unò absente judicare non possunt: Quippe omnes judicare jussunt. Sed si adsit, & contrà sentiat; statur duorū sententia. Quid enim minus verum est, omnes judicare?* Pertinent etiam huc verba *L. 37. ff. eod.* *Tunc autem Universi Judices intelliguntur judicare, cum omnes adsunt.* Ex quibus textibus patet, quod si plures sint dati Judices, sententia vel unò absente lata a reliquis non subsistat, quod Bartolus, & alii JCI etiam extendunt ad illos casus, si unus ex Judicibus mortuus sit datis, vel etiam unus vel alter datorum Judicum legitimè vocatus contumaciter absit, quibus duobus casibus putant expectandum esse committentis & superioris Judicium & voluntatem, addit Bartolus & hunc casum, quod nec sententia valeat unò absente lata, quamvis discedens sententiã dixerit & votum, & reliquorū sententiam in causa cognoverit, quæ opinio tamen nimis dura est, ideoque rejicitur in jure Canonico *cap. Raynutius X. de Testament.*

Quamvis verò judices dati omnes & singuli sententiæ ferendæ interesse debeant, omnium tamen consensus non est necessarius, sed maxima pars concludit per plurali-

JUDICES  
DATI & De-  
legati omnes  
adesse & in-  
teresse debent  
sententia l. 37.  
l. 39 ff. de Re-  
judic.

Judices dati  
plures omnes  
adesse debent  
ferenda Sen-  
ta-  
sentia sed

major pars  
concludit si  
presentes dis-  
sentiant.

Si Sententia  
paris sint nu-  
mero & disso-  
na?

Benignior  
preferenda.

Not. 7.  
Quibus Casi-  
bus ipse iudex  
sententiam  
ferre & con-  
cipere possit  
vel debeat?

Consilarii &  
Assessores Ma-  
jorum Judi-  
ciorum.

tatem votorum. L. 39. ff. de re judic. sufficit, si quilibet a-  
nimi sui sensa expresserit. Evitari autem hæc difficultas  
ut plurimum solet, quando committens & superior judi-  
candi dat potestatem vel cognoscendi, singulis, tanquam  
universis *sampt und sonders*. Occurrit tamen hic & il-  
lud dubium, *quænam sententia prævaleat, si plures sint ju-  
dices, & sententiæ pares sint numero, sed tamen dissona?* Et  
benignior sententia videtur prævalere, monente Paulo Jcto  
L. 38. ff. de re judic. *Inter pares numero iudices si dissona  
sententiæ proferantur: in liberalibus quidem causis (secun-  
dum quod à Divo Pio constitutum est) pro libertate statutum  
obtinere, in aliis autem causis pro reo, quod & in iudiciis pu-  
blicis obtinere oportet. Si diversis summis condemnent Ju-  
dices, minimam spectandam esse, Julianus scribit.*

Not. 7. Circa Personam Judicis, à quo Sententia  
ferri debet, illud quoque notandum est, quod regulariter  
ipsemet Iudex, si Legum peritus sit, sententiam ferre de-  
beat, & concipere, quod maximè verum est in iudiciis  
majoribus & Collegiis juridicis, in quibus nomine Princi-  
pis pronuntiari solet, vel quæ à Viris prudentibus & Jctis  
constant, quorum legalitas, prudentia & Experientia sin-  
gulariter est electa, uti sunt *Judices & Assessores in Camera  
Imperiali in Electoratu Saxonie Consilarii & Assessores su-  
premi Appellationum iudicii, Curiarum Electoralium,  
Lipsiensis & Wittebergensis, Consistoriorum Ecclesiasticorum  
& alii.* De his omnibus dubitare non licet, quin ipsimet  
in illis causis, quæ in hisce iudiciis ventilantur cognoscere  
& sententiam concipere debeant & possint. Et rarissimè  
contingit, ut illæ causæ ad Collegium aliquod Juridicum  
transmittantur. Et in Curia quidem Electorali Witteber-  
gen-

gensi nunquam memini, daß eine Sache / die im Hoff-  
 gerichte anhängig sey / in ein Juristen Collegium zum  
 Berspruch Rechts verschicket worden. In *Consistorio  
 Ecclesiastico* illud ad Partium instantiam, aliquoties factum  
 esse recordor, præsertim in causâ Leutationis. In *Supr.  
 Appell. jud.* hætenus per aliquot annos receptum est, ut  
 causæ, quæ prolixo admodum processu ventilatæ fuerunt,  
 & non exiguum temporis spatium ad Actorum perlustra-  
 tionem requirunt, uti sunt **CONCURSUS CREDITO-  
 RUM**, vel alia Acta judicialia, multis factis implicata, ad  
 Collegium aliquod Juridicum sint transm. hæ, quæ tamen  
 sententiæ in ejusmodi Collegiis latæ à Præside & Consilia-  
 riis denuò perleguntur, & una cum rationibus dubitandi  
 & decidendi annexis accuratè examinantur, quàm sæpissi-  
 mè etiam in alium ordinem rediguntur, ad normam Juris  
 formantur, mutantur & interdum planè corriguntur, &  
 quamvis interdum approbentur in totum, rationes tamen  
 decidendi harum sententiarum in Collegio aliquo Juridico  
 conceptarum à Secretario Judicii in Archivò Judicii Su-  
 premi asservantur, ipsæ autem sententiæ, manu Secreta-  
 rii descriptæ, perinde ut aliæ à Præside & Consiliariis con-  
 ceptæ & latæ, in Senatu Aulico coram Cancellario & Con-  
 siliariis Aulicis consveto & solenni modo publicantur, de  
 quâ publicatione modò plurâ dicemus, unde patet in ejus-  
 modi Judiciis majoribus, quæ Viris prudentibus constant  
 & jurium peritis, vel nunquam vel rarissimè Sententias  
 peti ex Collegio juridicò, vel si petantur, nomine illorum  
 vel Principis ferri & promulgari. Nonnunquam usæ  
 quoque venit, ut si in aulis Principum, vel ab ipsò Princi-  
 pe vel Senatu Principis petantur responsa & sententiæ ex  
 Col-



*Judices Inferiores sententias si velint petere possunt à Collegio Prudentum.*

*Interdum petere coguntur, nec ipsi ferre sententiam possunt.*

*In causis criminalibus sententia non ferenda à Judice ipso, sed petenda à Scabinatu vel Collegio Prudentum.*

*Num in causis Civilibus ordinarius ju-*

Collegio quodam Juridico, illæ hæc adjectâ formulâ publicentur: In Sachen N. N. erkennen von Gottes Gnaden / Wir ꝛc. vel: Wir Cansler und Râthe / ꝛc. Nach gehalten Rath der Rechtsgelehrten vor Recht. Aliter sese res habet circa *Judices inferiores*, quibus liberior facultas concessa esse videtur, in causis arduis & non levis momenti sententias petere è Collegio aliquò Jctorum, quin imò sunt nonnulli, qui quamvis Jurium sint periti, non tamen ipsimet sententiam ferre vel concipere possunt, sed vel in causis civilibus vel criminalibus causas decidendas Collegio juridico transmittere debent, quod maximè verum est, si *Judices sint delegati*, quibus mandato Principis injunctum est, ut in causâ delegata quidem cognoscant, sententiam autem è Collegio quodam Juridico petitam & latam Principi vel comittenti remittant, daß sie in der Sachen fleißige Erfundigung einziehen / denen Rechten gemess allenthalben verfahren / darüber Rechtlich Erkentniß einholen / und das eingeholte Urthel uneröffnet einschicken sollen. Sic in Electoratu Saxonix omnes sententiæ in Criminalibus causis, quæ vel corporis afflictivam vel majorem aliquam pœnam, vel planè ultimum supplicium secum ferunt, etiam ab ordinario Judice, quamvis ille Jurisdictionem Superiorem & Criminalem habeat, ferendæ non sunt, sed petendæ ex *Scabinatu* aliquò vel *Facultate juridica*, de quâ transmissione Actorum in causis criminalibus ad Collegium Prudentum pluribus à nobis est dictum in *Collegio criminali peculiari Disputatione de SCABINIS & SCABINATIBUS*. Num verò in Civilibus causis ordinarius Judex, qui in illâ causâ, quæ ventilatur, Jus dicendi potestatem ha-

habet, ipsemet sententiam ferre possit, vel necessario sententias à JConsultis petere necesse habeat cujusque Judicii *fundatio*, nec non *usus & observantia fori*, nec non ipsa privilegia Judici data docebunt; Solent communiter distingvere Doctores Practici (1) Inter causas levis momenti & præjudicii, & causas graviores & arduas, quas tutius decisioni Collegii Juridici committendas esse arbitrantur, ita ut illas leviores nempe Judicibus inferioribus per sententiam decidere permissum sit. (2.) *Carpzovius* in Processu & alibi distingvit inter *decretum judicis & ipsam sententiam*, unter einen *Bescheid und ein Urthel*. *Decretum* dicit interponi à Judice inferiore posse in causis civilibus levioribus, si nempe causa de simplici & plano citra velum & strepitum judicii solennem ventilatur; Wenn die Partheyen zur gütlichen Verhör vorgeladen seyn / und nicht vom Munde aus in die Feder verfahren wird / und die Sache von beyden Theilen nur mündlich vorgetragen wird; Ejusmodi causas existimat *Carpzovius*, posse benè decidi à judice inferiore, vel per amicabilem compositionem & transactionem, durch einen gütlichen Vergleich / oder Rechtlichen Recess, vel etiam per decretum, durch einen mündlichen oder schriftlichen Abschied. Quod si verò causa solenni & ordinariò modo proponatur, wenn von Mund aus in die Feder ordentlich verfahren wird / Et non minimi sit præjudicii, tum ab ipso judice inferiore sententiam concipi & ferri non posse, indistinctè *Carpzovius* asserit, sed illam necessario petendam esse à Prudentibus, & hanc sententiam *κατ' ἐξοχήν* vocat Sententiam, Germanicè, ein Urthel / ita ut decretum ein Abschied in eò potissimum differat à

*dex ipse Sententiam concipere possit?*

*Dist.*

(1.)

*Inter causas leviores & magni momenti.*

(2.)

*Distingv. inter Decretum judicis ein Abschied & sententiam Urthel.*

*Decretum quid? à quo ferendum?*

*Sententia quam sit & à quo ferri possit?*



*Differentia  
Decreti eines  
Abschiedes &  
Sententia.  
eines Ur-  
rthels.*

(1.)

(2.)

*Formula pro-  
nuntiandi de-  
creti eines Ab-  
schieds.*

*Formula sen-  
tis eines Ur-  
rthels.*

(3.)

Sententia von einem Urthel (1.) Quod illud nempe de-  
cretum ab ipso iudice concipiatur, neque perinde, ut sen-  
tentia peti debeat ex Collegio Iudiciorum. (2.) Quod De-  
cretum ein Abschied/ ipso nomine differat à sententia von  
einem Urthel/ & modus pronuntiandi sit diversus, dum  
formula decreti hæc est: *Auff gepflogene gürtliche Ber-  
hör/ auff mündliches Vorbringen / geben Wir diesen  
Bescheid &c.* Item si decretum in instantiâ Appellationis  
confirmetur, Formula hæc est: *Daß in erster instanz  
wohl verabschiedet/ und übel appelliret/ In sententia au-  
tem ita pronuntiatur: Auff Klage / Antwort / erfolgte  
Geseze / Erkennen wir N.N. nach gehalten Rath der  
Rechtsgelahrten vor Recht / Etsi sententia hæc inferio-  
ris Judicis à Superiore confirmetur, in Appellationis in-  
stantiâ, hæc formula adhibetur: Daß in erster Instanz  
wohl gesprochen und übel appelliret / vel etiam in Sen-  
tentiâ Leutationis: Daß es eingewanter Leuterung  
ungeacht bey dem am L. Majire. eröffneten und in Act.  
fol. 2. befindlichen Urthel (in decreto befindlichen Be-  
scheide oder gegebenen Abschied) nochmals zu lassen.*

Addit (3.) idem Carpzovius hanc quoque testeram Senten-  
tiæ von Rechtswegen/ quod illa clausula in decreto oder  
einen Abschied sine vitio ignorantia apponi non possit.  
Verum num hæc differentia inter *Decretum & Sententiam*  
perpetua sit, & num omnis Sententia etiam in civilibus  
causis è Collegio Prudentum sit petenda & nunquam à  
Iudice ipso concipi possit, num etiam illa sola dicenda  
sit sententia, quæ in Processu ordinario fertur hæc de re  
prolixè à nobis dictum fuit in *tract. de Ord. Judic. c. 20.  
n. 47. & seqq.*

Not. 8.

DE LEUTERATIONE.

Not. 8. *Inter quos & contra quos* Sententia sit ferenda à iudice, non convenit inter Doctores & interpretes Juris civilis, illud generaliter verum est, quod contra illos, qui personam standi in iudicio non habent, seu qui iudicium suscipere nequeunt, sententia cum effectu ferri non possit, quænam autem illæ Personæ sint, alibi prolixius exponitur, dæm nonnulli sunt, qui in totum à iudiciis repelluntur, ut *Minores, pupilli, furiosi, mente capti, muti, surdi, prodigi, servi &c.* nonnulli certò modò, ut *infames, Filii familias, perjuri &c.* Et ita certum est, quod si Iudex, contra ejusmodi personas, quæ in iudiciis non admittuntur, sententiam dixerit, illa ipso Jure nulla sit. Quod Interpretes & Doctores Juris Civilis ad eò extendunt, ut legibus civilibus neque valeat sententia pro *furioso, vel infante* relata. Quamvis admittant sententiam pro *prodigo, minore & pupillo* relata. Quod si tamen ejusmodi Personæ vel *Tutores vel curatores* habeant, tunc in illos sententia ferri potest, possuntque illi per sententiam vel condemnari vel absolvi; idem est de *Procuratoribus vel Mandatariis*, qui alieno nomine vel agere in iudicio possunt, vel illos defendere, contra quos omninò sententia ferri potest, vel absolutoria vel condemnatoria. De Jure civili Romano extrà controversiam est, quod in procuratorem sententia ferri possit, dum illo ipso Procurator litem contestandò Dominus litis fieri dicitur *L. 1. C. de sent. & interloc. L. penult. judic. solvi.* Qui itidem & condemnari & absolvi sententià potest, aliter sese res habet de jure Canonico & Saxonico, quò arbitrio iudicis committitur, num velit sententiam ferre in Procuratorem, an verò in principalem? Et solet in sententiis Saxonice modo Procuratoris & Prin-

Not. 8.  
*Inter quos & contra quos SENTENTIA ferenda.*

*Contra illos sententia ferri non potest, qui personam in iudicio standi non habent.*

*Num sententia pro Furioso vel infante lata subsistat?*

*Tutores, Curatores, Procuratores pro aliis admittuntur.*

*Num sententia ferri possit in Procuratorem?*

*A. de Jure Civili*

*Jure Canonico & Saxónico quid juris?*



*in Procurato-  
rem delinquē-  
tem sententia  
ferri potest.*

*Quando in  
solum Princi-  
palem Senten-  
tia ferenda?*

*R.  
In Criminali-  
bus*

*Matrimonia-  
libus*

cipalis simul, modo Principalis solum mentio fieri, neque de jure Saxonico procurator litem contestando Dominus litis fieri dicitur & quamvis condemnatur vel absolvatur, hæc tamen absolutio vel condemnatio, non Procuratorem tangit sed ipsius principalem, nisi fortè Procurator ob aliquod delictum condemnatus sit, non autem ipse principalis v. c. Si Procurator insimul Advocatus sit & contra Leges judicii peccaverit. Wenn er den ersten Satz nicht unterschrieben / Wenn er ohne Mandat verfahren / wenn er contra Acta verset / wenn er wegen undienlicher Weitläufigkeit / oder anzügligkeit bestraffet worden. Quæ pœna non à principali, sed ipsò Procuratore exsolvenda est, cum delictum & culpa maneat suos authores, nisi fortè ipse Principalis ejusdem delicti correus sit, e. g. Wenn er die anzügliche Wort dem Procuratori zuschreiben anbefohlen / tunc mandans & mandatarius eadem culpà sunt afficiendi. Sunt tamen casus, quibus non in Procuratorem, sed in solum Principalem sententia ferri potest, quos recenset *Ummius Disp. 19. tb. 7. n. 28.* Sic in causa *criminali* sententia nō fertur in Procuratorem, sed principalem, nisi fortè pœna criminis minima sit, forte mulcta pecuniaria, tunc etiam in procuratorem ferri potest sententia. Idem statuunt de causa *matrimoniali*, ubi sententia fertur vel pro, vel contra matrimonium, quod non contrahitur cum Procuratore, sed principali Personâ, & in his causis ut plurimum præsentia personæ requiritur, *Gail. lib. 1. obs. 111. n. 3.* nisi itidem talis casus sit, qui fortè directo matrimonium ejusque solutionem vel contractum non tangat. Tandem in causis quoque civilibus Doctores putant, contra solum principalem ferendam esse

se

DE LEUTERATIONE.

se sententiam, si ille solus in lite fuit sine Procuratore, tunc solus Dominus vel condemnandus vel absolvendus est.

Not. 9. Quod verò Doctores circa *Tempus & Locum* sententiæ ferendæ monent, quod nempe ferenda non sit sententia ante *conclusionem causæ*, de solâ DEFINITIVA intelligendum est, cum interlocutoriæ in limine iudicii, vel antè vel post litis contestationem à iudice ferri posse antèa satis dictum. De nocte verò sententiam ferri non posse, nemo sanus negabit, quamvis infreqvens non sit, ut in causis arduis iudicia coepta sæpius in serum vesperum vel etiam noctem protrahantur. De locò autem iudicii non operæ pretium est multa attingere, cum *Ordinarius Iudex consveto loco judicare debeat. L. 6. C. de Sententiis L. II. ff. de Justit. & Jur.* Ita ut regulariter domi vel in itinere iudiciū exerceri vel sententia ferri nequeat, quamvis jus Canonicū excipiat *Episcopum. Maranta & alii Practici* plures alios recensent casus, quibus iudex extra locum iudicii solitum jus dicere potest, quorsum imprimis pertinet *casus necessitatis, si Iudex valetudine impeditus*, vel consensu Partium domi, vel alibi jus dicere velit, ubi itaque iudex & litigantes, nec non Personæ accessoriæ iudiciorum necessariæ v. c. Actuarius &c. ibi quoque iudicium. Major adhuc libertas concessa esse videtur *Judici delegato vel commissario*, qui locum eligere potest sibi & litigantibus *commodum* in quo sententiam ferat, nisi locus a Committente vel Delegante certus sit designatus, pertinent huc verba *L. 59. ff. de Jud. & ubi quisque agere vel conveniri debeat, quæ hæc sunt: Si locus in iubendo judicare non est comprehensus videtur eo loco judicare iussisse, quo solet judicari sine incommodo litigantium.*

Not. 9.  
Tempus sententiæ ferendæ.

Definitiva post Conclusionem causæ ferenda.

Num de Nocte?

Locus Iudicii vel ferendæ sententiæ.

Ordinarius in Consveto loco Iudicii

Quibus casibus extra locum iudicii sententia ferri possit

Delegatus iudicat in loco sibi & Partibus congruo.

C 3

Not. 10.

Not. 10.  
In quibus causis  
sententia  
ferenda.

Quæ rei dica-  
tur in Judici-  
um deducta.

In civilibus  
Causis quid in  
judicium de-  
ductum ex li-  
bello judican-  
dum.

Petitur ali-  
quid in libello  
vel expresse  
vel tacite.

Quando Ju-  
dex in aliud  
condemnare  
possit quam  
in libello peti-  
tum.

Not. 10. Quod CAUSAS attinet, in quibus sententia ferenda, illæ sint tales, quæ in litem deductæ, ob verba Favoleni Jcti in L. 18. ff. communi divid. Ut fundus hereditarius fundo non hereditario serviat, arbiter disponere non potest: quia ultra id, quod in judicium deductum est excedere potestas judicis non potest. Quid autem in litem deductum sit, quid non? ex petitione Actoris judicandum est, non Rei, pertinent huc verba Ulpiani in L. 61. ff. de Judiciis: Solemus quidem dicere, id venire in judicium, de quo actum est inter litigantes, sed Celsus ait, periculosè esse, ex Persona rei hoc metiri, qui semper, ne condemnetur, hoc dicet, non convenisse. Quid ergo: melius est dicere, id venire in judicium, non de quo actum est, ut veniret: sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret. Distingvendæ tamen sunt causæ civiles & criminales. In Civilibus causis pro regula habetur, quod sententia debeat esse conformis libello, ex quo Judex videre potest, quid in judicium sit deductum, præsertim autem petitione & conclusione libelli, ita ut secundum illam Reus vel sit condemnandus, vel absolvendus. Quæ regula iterum multas admittit limitationes. Rectè enim monent hic Doctores, quod in libello ab Actore nonnulla petantur expresse, & quidem expressis verbis, à quâ expressâ petitione Judex facilè recedere non potest, nonnulla autem tacite petitioni expressæ insunt, quæ suppleri possunt judicis arbitrio, uti sunt fructus, accessiones &c. de quâ petitione vel expressâ vel tacitâ Actoris, & quid in utramque veniat, non enim etiam accessiones & fructus, pluribus videri potest Vultej. tract. de Judic. Lib. 3. c. 11. & Ummius Disp. 19. th. 7. n. 31. Qui ibidem ad regulæ limitationem pertinere censent, quando Judex in civilibus causis Reum non

con-

condemnat in rem petitam ab Actore, sed ejus *estimatio-  
nem vel pretium*, quorsum pertinet casus, si culpa vel mo-  
ra Rei res petita in rerum Naturâ esse desierit, vel etiam  
citra illius culpâ &, & ita condemnatio fit vel ex *necessita-  
te, vel æquitate*. Tandem ad hanc limitationem regulæ  
spectat casus, ut Judex Reum in expensas condemnare pos-  
sit, quamvis Actor illas non petierit, quod modo allegatus  
*Vultejus* & Legibus civilibus & textibus Juris Canonici &  
rationibus & Auctoritatibus Doctorum n. 38. & seqq. c. 11.  
l. 3. prolixè deducit, de quâ condemnatione in expensas vel  
Actoris vel Rei alibi pluribus à Nobis dictum est. Et hæc ob-  
tinent in causis civilibus, *in causis Criminalibus* hæc regula  
fallit & sententia rarò vel nunquam libello est conformis,  
sed solius judicis arbitrio relicta, de qua re alibi.

Not. II. Restant pauca adhuc dicenda de CONCE-  
PTIONE & PUBLICATIONE SENTENTIÆ. Circâ  
*Conceptionem illius* partim *forma externa*, partim *interna*  
consideranda est. Ad externam formam pertinet, ut ser-  
mone in judiciis usitatò concipiatur & lingvâ vernaculâ &  
in judiciò recepta. *Sic apud Romanos decreta à Prætori-  
bus Latinè interponi debebant L. 48. ff. de re judicata.* Con-  
juncto autem Imperio Romano cum Orientali *Judices  
tam latinâ, quàm Græcâ lingvâ sententias proferre poterant  
L. 12. C. de Sent. & Interlocut.* Ita in Judiciis Germano-  
rum sententiæ in Germanicâ lingvâ sunt concipiendæ, nisi  
usus judiciorum aliud postulet, uti in Judiciis Ecclesiasticis  
Pontificiorum adhuc hodiè latinè concipi solent sententiæ,  
à quibus Provocatio datur ad Pontificem Romanum (2) ad  
externâ formam sententiæ referunt ut secundum stylû &  
observantiam cujusq; Judicii propriâ feratur, à qua sine vi-  
tio

Not. II.  
DE CONCE-  
PTIONE  
SENTEN-  
TIÆ.

Forma exter-  
na ratione  
lingvæ.

(2)  
Sententiæ fe-  
rantur secun-  
dum Stylum  
& observan-  
tiam Judicii.



*Forma interna  
sententia*

*Sit actis &  
actitatis con-  
formis.*

*Sit clara, &  
perspicua.*

*Sententia sit  
juri & Legibus  
conformis.*

*Sententia contra  
jus lata  
ipso jure nulla  
est nec indiget  
appellatione.*

tio novationis suspectæ facilè recedi non potest. Quamplurima alia ad formam externam pertinentia recensuimus in tractatu de ordine Judiciorum celebriorum Germaniæ. c. 20. n. 92. & seqq. Ubi de nominibus Judicis & litigantium in sententiâ exprimendis, aliisque requisitis, quæ in conceptione libelli observanda sunt, ex observantia Supr-Appell. Judicii quàm plurima notavimus. Ad formam internam & essentialem quasi spectat sententiæ, ut *Actis & actitatis sit conformis*, quomodo verò in civilibus libello semper conformis esse debeat, vel num præcisè Reus sit absolvendus, vel con'emmandus, supra jam dictum est. Et quemadmodum ad qualitates libelli internas spectat, ut purus sit, clarus & perspicuus, ita quoque sententia obscura & nullò sensu constans pro nulla & inutili habenda, uti etiam, si Juri scripto & legibus, statuto vel consuetudini sit contraria ipso Jure pro nulla habetur L. 2. C. Quando provocare non est necesse; Ubi dicitur, quod sententia contra manifesti Juris formam lata, nullas habeat vires, adeò ut in hac specie nec provocationis auxilium necessarium sit, & illustratur ibidem sequenti exemplo, Si Judex pronunciauit in sententia defunctum testatorem, minorem 14. annis potuisse condere testamentum, hæc sententia dicitur ipso Jure nulla & contraria L. 5. ff. qui Testam. facere poss. Idem confirmatur in L. 5. C. eod. ubi dicitur dubium non esse id quod contra jus gestum videtur firmitatem non tenere & sine Appellatione posse rescindi, Similis argumenti Lex est l. 2. ff. quæ sententiæ sine Appellatione rescindantur. Ubi hæc sunt verba: Cum contra sacras Constitutiones judicatur, appellationis necessitas remittitur. Quibus tamen casibus justitiæ & æquitatis in sententiâ ferenda magis sit habenda

benda ratio, quàm stricti Juris, seu num sententia magis conformis esse debeat conscientiaè Judicis, quàm Actis & probatis, alibi pluribus ventilatum est, videri de his quaestionibus potest *Vultejus tract. de judic. lib. 3. cap. 11. n. 72. & seqq.* Illud extrà controversiam est, quod sententia lata ab incompetente Judice nullas habeat vires, & ipsò jure nulla sit, cum *extraterritorium jus dicenti impune non pareatur. L. 20. ult. ff. de jurisdictione.* Sententia enim praesupponit judicem ejusmodi, qui in illà causà, quæ coram eo ventilatur, habeat jus dicendi facultatem, i. e. Jurisdictionem *t. t. C. Si à non competente judice judicatum esse dicatur*, ubi varii casus recensentur, quibus sententia judicis subsistere non potest, quales sunt (1.) *Si judex ad certam rem datus de aliis pronuntiavit, quæ ad illam rem non pertinent, L. 1. C. ibid.* (2.) *Si militaris judicaverit super causa civili, in quâ judex esse non potuit, tunc firmitatem nullam habet, quamvis ab eâ non fuerit appellatum: L. 1. C. eod.* idem est si secularis dixerit sententiam in re ecclesiasticâ. (3.) *Si datus de proprietate rei, ut cognoscat, cognoverit super Possessione L. 3. C. eod.* (4.) *Si merè privatus sit, qui sententiam tulit.* (5.) *Si sententia sit venalis, lata à judice sordibus corrupto, & quæ alia sunt vitia & nullitates sententiarum, quæ in ferendâ sententia meritò à judice evitari debent, de quibus nullitatibus alibi tractabitur.*

Not. 12. De PUBLICATIONE SENTENTIÆ pauca adhuc dicenda restant, partim ex Jure Civili, potissimum autem ex Jure Saxonico. Ut nempe sententia momentum & suum pondus habeat, requiritur ut Partibus litigantibus ipsis vel illis, qui illorum nomine judicium

*Sententia feratur à Competente Judice.*

*Num ab incompetente judice lata sententia ipsò jure nulla?*

*A.*

*1. Casus.*

*(2.)*

*(3.)*

*(4.)*

*(5.)*

*Not. 12.*

*De Publicatione Sententiæ.*

**D**

acce-

*Sententia non  
publicata Par-  
tibus vires rei  
judicatae non  
habet.*

*Qualis sit sen-  
tentia publi-  
canda.*

*Jure Romano  
ab ipso iudice  
Sententia re-  
citabatur.*

*l. 2. C. d. Sent.  
ex peric. reci-  
tand.*

acceperunt, in iudicio publicetur, & vel *vivâ voce pronuntietur*, vel *in scripturam redacta praelegatur*, & ita decisio causæ ad notitiam litigantium perveniat, cum aliàs effectum suum sortiri sententia non possit, neque transire in rem iudicatam, dum ab ipso momento publicationis factæ currit fatale & decemdiem Leuterationis vel Appellationis, unde hora & dies publicationis factæ à Notario Iudicii fideliter annotanda est. Quæ solennis publicatio sententiæ non solum necessaria est de jure civili & canonicò, sed etiã Saxonico, quo certa forma publicationis & solennitas descripta & determinata est in Ord. Proc. tit. 34. *von Verfassung und Publicirung der Urthel.* Imprimis hæc solennis Publicatio desideratur, si Sententia in Scripturam sit redacta, nec inter est an sit *Interlocutoria*, an verò *Definitiva*, num sit sententia lata in Processu ordinario vel summario vel Ejecutivo, num decretum aliquod sit Iudicis *ein Abschied*/ vel Sententia, *ein Urthel.* Num ab ipso iudice lata & concepta, an verò è Collegio Prudentum petita, quò casu posteriori liberum est iudici, num illam suo nomine, vel alienò Collegii nempè Juridici publicare velit, quod ei permissum est, quâ de re plura dicemus circa *Constit. XXVI. Part. 1.* Wenn die Urthel in einem frembden Nahmen publiciret/ ob sie in rem iudicatam gehen? De Jure Civili Romano non solum presentibus Partibus sententia erat ferenda & proferenda, sed etiam *ab ipso iudice ex brevicula vel tabella seu libellò erat recitanda*, t. t. C. de *Sententiis ex periculo recitandis.* Per quod vocabulum *Periculo in rubricâ* Doctores intelligunt *breviculum* vel *tabellam.* Notabilis hæc de re est *L. 2. C. de Sententiis ex peric. recitandis*, cujus verba integra hic ascribere lubet: *Hæc Lege per-*

perpetuo credimus ordinandum, ut Judices, quos cognoscendi & pronuntiandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habitâ post negotium sententias ponderatas sibi antè forment, & emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferant, scriptasque ex libello Partibus legant. Sed nec eis posthac copia corrigendi vel mutandi: Exceptis tam viris eminentissimis præfectis prætorio, quam aliis illustrem administrationem gerentibus, cæterisque illustribus iudicibus, quibus licentia conceditur etiam per officium suum, & eos, qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitivas recitare. In Judiciis Germaniæ Publicatio sententiæ à Judice lata variat pro cuiusque iudicii legibus & observantiâ, neque opus est, ut sententia ab ipsò iudice recitetur vel prælegatur. In Judiciis Saxonis præsertim superioribus non ab ipsò iudice, sed Secretario vel Notario iudicii, prout ab ipso iudice est concepta, ex breviculo vel libello legitur & recitatur. In Curiis Electoralibus, in denen Hoffgerichten/ finito iudiciò Sententiæ publicantur januis reclusis & apertis, & à Protonotario iudicii juratò publicà voce recitantur, quâ publicatione factâ à Præside finis imponitur iudicio & Copia datur Litigantibus vel Advocatis Sententiarum exempla à Protonotario iudicii petere, sive sint decreta, oder Bescheid und Abschiede / auff gepflogene gütliche Verhör/ sive sententiæ in specie sic dictæ, Urthel/ so gesprochen auff die Gesetze/ so von denen Advocaten eingebracht / vom Munde aus in die Feder, In supremo Appellationum Iudiciò Sententiæ à Præside & Consiliariis latae prælectæque & approbatæ, prout à Doctoribus in Breviculo conceptæ, Secretario iudicii describendæ traduntur, quarum certus numerus tabulæ

*Publicatio  
Sententiæ in  
Iudiciis Ger-  
mania rece-  
pta.*

*Modus publi-  
candarum  
Sententiarum  
in Iudiciis Sa-  
xonis rece-  
ptus.*

*Modus publi-  
cationis Sen-  
tentiarum in  
Sup. Appellae.  
iudicio lata-*



inserirur , quâ Partium nomina exprimuntur , inter quas Sententiæ sunt latae , quæ tabula valvis curiæ aulicæ affigitur , proximò die antè publicationem , quo die publicationis in ipsò Senatu Aulicò , in dem Hoff-Rath in Gegenwart Cansler und Râthe / Illæ sententiæ præleguntur & recitantur publicè à Secretario Judicii Aulici vel feudalis , von dem Lehen und Gerichts Secretario , cujus etiam est multas Advocatis dictitatas in sententiis ab illis exigere , & exactas Secretario Appellationum tradere. Solet enim in Sententia hæc apponi clausula: Daß Klâgers Advocat wegen Unzügligkeit / oder undienlichen Weitläufigkeiten umb 5. Thaler zu bestraffen / welche von unsern Lehen und Gerichts Secretario förderlichst einzubringen. Singulare nempè est judicii Appellationum. (1.) Quod Præses & Assessores sententias quidem ferant & concipiant , & quidem solum , auff der Partheyen eingebrachte Verhörtliche Gesetze vom Mund aus in die Feder exceptis Disputationibus Attestatorum , quæ secundum Constitutionem XVII. etiam in scriptis offerri possunt ( Decreta enim oder Abschiede auff mündlich gepflogene Verhör und güttliche Handlungen / in hoc judicio locum non inveniunt ) Illæ sententiæ autem non in ipso Appellationum Judicio , sed Senatu Aulico , prout antea dictum , publicentur. (2.) Alterum singulare est , quod non demum finito judicio , sed semel vel bis in septimanâ publicentur sententiæ , ne ob multitudinem causarum citationes & leutationes nimium excrecant. (3.) Illud quoque singulare est supremi Appellationum Judicii , quod in illo solum pronuntientur sententiæ in causis civilibus , non verò Criminalibus , Ordinatio Appellationum , tit: **Wer**

*Singularia Judicii & Senatus Appellationum.*

(1.)

(2.)

(3.)

Wer vor unser Appellation-Gericht geladen / auch was Sachen daselbst angenommen und gerechtfertiget werden mögen. S. ult. Und mögen demnach / In ver- bis : Jedoch / was Bürgerliche Sachen seyn / denn so viel die Peinlichen Sachen anlanget / weil es bishero nicht bräuchlich gewesen / daß in unsern Appellation-Gericht in denselben erkant / so lassen wir es auch dabey bewenden / und gnädigst geschehen / wenn Peinliche und Fiscalische Sachen vorfallen / daß man die in unsern Schöppen Stuel zu Leipzig / oder da in erster Instanz hiebevorn daselbst erkant / an einen andern unverdächtigen Ort / zu versprechen überschicken möge / und also mag man es auch mit den Injurien Sachen / iedoch nach Unterschiedlicher Gelegenheit derselben / halten / was aber gleichwohl Injurien Sachen seyn / darinnen allein auff einem Wiederruff und eine Geld- Busse geklaget wird / die sollen in unsern Appellation-Gericht auch gerechtfertiget : Wenn aber einer etwa Verbrechen halber eingezogen / und wieder ihm procediret worden wäre / und er wolte hernacher / daß ihm Unrecht geschehen / Rechtlichen außführen / und derowegen Erstattung suchen / solle auch diese Sachen angenommen werden.

Not. 13. In Judiciis Saxonice inferioribus circa Publicationem sententiæ distingvendum est, num illa feratur, auff gütliche Handlung und gepflogene gütliche Verhör / ein Abschied / & ejusmodi sententia vel Decretum vel etiam Recessus, si partes præsentibus sint, vel illarum Procuratores, statim in ipso termino publicari potest, uti

Not. 13.  
Modus publi-  
candi Senten-  
tias in Infe-  
rioribus Judi-  
ciis Saxonice.

PART. I. CONSTITUTIO XIX.

etiam in consistoriis Ecclesiasticis. Quod si verò ferenda sit sententia à Judice, *Aluff die eingebrachten Geseß vom Mund auß in die Feder /* vel ad requisitionem Judicis lata sit sententia in Collegio quòdam Juridicò, tunc partes ad audiendam sententiam, ejusque Publicationem citandæ sunt, eumque in finem à Judice certus dies & terminus determinandus, quò ejusmodi sententia, si partes compareant, vel si altera pars legitimè citata contumax sit, in contumaciam publicatur. Possunt tamen etiam litigantes sententiam pro publicatâ habere & copiam saltem à Judice petere latae sententiæ. Omissa autem citatione ad publicationem, sententia Publicata nullius est effectus, neque vires habet rei judicatae. Et cum citrà publicationem sententia non valeat, ideòque hæc omnia, quæ de jure Saxonico ad publicationem sententiæ solennem requiruntur, non solum præcisè sunt observanda, sed actus etiã publicationis cujuscunque sententiæ, num nempe Publicatio facta sit in præsentia Partium, item, hora & dies factæ publicationis fideliter à Notario judicii Jurato, in actis sunt consignanda, ita Jubente Legislatore Saxoniae supremò, *in Ord. Proc. tit. 34. cujus verba hæc sunt: Weil hier ist die rechte klare maasß gebē / worauff in concipiendis sententiis zu sehen / daß dieselben dem Libell, oder dem Negotio, so in judicium deduciret worden / wie auch den Actis und Probatis gemess sein / und von dem Judice in facto nichts suppliret / so wohl auch / wie mit Publication derselben verfahren werden solle / so achten wir hiervon weitläufftige Verordnung zu thun unnötig / befehlen allen unsern Berichten / Gerichts Secretarien und Notarien, daß Sie / wie im ganzen proces, also sonderlich auch*

Ord. Proc.  
Tit. 34.

DE LEUTERATIONE.

auch circa Publicationem der verfaßten Urthel/ als einem præjudicirlichen punct, gebührenden Fleiß und Vorsichtigkeit gebrauchen/ auff die Executiones Citationum gute Achtung geben/ und solche/wie auch ipsam Publicationem, wenn/ zu welcher Stunde/und in wes beyfenn dieselbe geschehen/ und dergleichen Umstände mit allen Fleiß registriren/ damit aus Versehen keine Nullitæt begangen/ oder durch unfleißige Registratur den Parteyen/ zu neuen Streit anlaß und Ursach gegeben werden möge. Et hæc dicta sint de SENTENTIA JUDICIS, progredimur nunc ad Explicationem Constitutionis nostræ, quæ inscribitur DE LEUTERATIONE.

Not. 14. Contrà sententiam Judicis, de quâ modo diximus, varia dantur remedia Partibus litigantibus, quæ sese læsas sententiâ Judicis esse existimant, quæ partim Jure Civili Romano & Canonico, partim jure Imperii communi & Camerali, partim Jure Saxonico & provinciali sunt inventa. Hæc remedia contrà sententiam Judicis concessa duplicis potissimum sunt generis. Dantur enim (1) Ejusmodi remedia contrà sententiam, ne vires rei judicatæ accipiat quæ iterum vel *suspensiva* sunt & interponuntur coram eodem Judice, qui sententiam dixit, sive primæ, sive secundæ instantiæ sit Judex, cujusmodi *Leuteratio* est, de quâ præsentis agitur *Constitutione*, vel *devolutiva*, quibus causa devolvitur ab inferiore Judice ad Superiorem, quorum præcipua Species est APPELLATIO, de quâ nobis dicendum erit Constit. sequenti XX. (2) Dantur remedia contrà sententiam Judicis, quamvis illa vires rei judicatæ sit nacta, quorsum referri potest ACTIO NULLITATIS, PETITIO RESTITUTIONIS in Integrum per

Not. 14.  
Remedia varia  
contra  
Sententiam  
latam judicis

1.  
*Suspensiva*  
ut *Leuteratio*.  
*Devolutiva*  
ut *Appellatio*.

2.  
Remedia contra  
Sententiam,  
quæ vires  
judicatæ  
nacta est.

mo-



modum Actionis. Doctores hisce remediis annumerant quoque REDUCTIONEM ad arbitrium boni viri, quæ datur contra sententiam arbitri, à qua regulariter appellari non licet, item actionem ex Syndicatu, *Revisionem actorum in Camera Imperiali receptam & denique supplicationem*, de quibus uberius dictum est à nobis in tract. de ord. Celebr. Judic. Germ. cap. 22. hic nobis saltem sermo erit de illo remedio contra sententiam Judicis, quò illa ipsa, ne in rem judicatam transeat coram eodem Judice vel primæ vel secundæ instantiæ, à viribus rei judicatæ suspenditur, nempè LEUTERATIONE.

Not. 15.  
LEUTERATIO Soli Juri Saxonico cognita

Descriptio  
Leuterationis

Dividitur  
Leuteratio in  
Leuterationem & Ober-  
Leuterationem.

Not. 15. Cum hoc remedium LEUTERATIONIS neque Jure Civili Romano, neque Canonico, neque Camerale Imperii notum sit, sed solum sit inventum Juris Saxonici, de illo non nisi ex textibus Juris Saxonici erit agendum, præcipuè verò ex hac Constitutione XIX. & Ord. Proc. tit. 25. *Von der Leuterung und Oberleuterung* / ubi hæc nostra Constitutio non solum per omnia confirmata est, sed & multis requisitis aucta & illustrata. Ne autem vanus noster labor sit, *Leuterationem* describimus, quod illa sit remedium Juris Saxonici Partibus concessum contra sententiam judicis, quo sententia illa coram eodem Judice à viribus rei judicatæ suspenditur. Divisio Leuterationis alia in Jure Saxonico non deprehenditur, nisi quod alia sit leuteratio prima, quæ κατ' ἐξοχήν dicitur *Leuteratio Ein Leuterung*: Alia verò Leuteratio secunda, vel potius, superior, *Eine Oberleuterung*. Cæterum cum alibi à nobis de hac leuteratione & Oberleuteratione prolixè dictum sit, præsertim in tract. de ord. Jud. celebr. Germ. cap. 23. ideoque hic summa saltem tangemus capita, quæ ad declarationem nostræ Constitutionis pertinere videbuntur.

Not. 16.

Not. 16. Et ut ordinem nostræ Constitutionis potissimum sequamur, ex illa constat, quod à sententia Judicis unica saltem Leuteratio interponi possit in omnibus Judiciis Saxonis, ita tamen ut utrique Parti hoc beneficium commune sit & Actori & Reo, *ita quidem* ut neque in Curiis Electoralibus plures Leutationes admitti debeant. Verba nostræ Constitutionis initialia perspicua satis sunt hæc: *Es soll forthin auff alle und jede ergangene Urtheil / sie sind interlocutoria oder definitiva, nicht mehr denn eine Leuterung / so doch von beyden Theilen zugleich fürgenommen werden mag / welche auch nicht weniger / als die Appellationen beyden Theilen gemein seyn sollen / in allen unsern Landen und Gerichten auch in unsern Hoff-Gerichte selbst fürgenommen werden / und ganz keine Oberleuterung stat haben / Alleine wollen wir dieselbige in denen Fällen / wie es bis anhero bräuchlich gewesen / und unsere Landes-Ordnung vermag / an unsern Hoff zu lassen / sonst aber und ausserhalb solcher Ober-Leuterung soll es im Hoff-Gerichte bey dem Process bleiben / so wir in der Hoff-Gerichts-Ordnung verfasset / und auffgericht. (2) Quemadmodum Appellatio de jure Civili, ita quoque Leuteratio de Jure Saxonico intra decem dies interponenda est à tempore lata sententiæ. Utrumque Leutationis requisitum confirmatur & explicatur in *Ord. Proc. tit. 35.* Ubi illud adhuc additur, quod in illis quoque causis, quæ per remedium Appellationis ad supremum Appellationis Judicium devolvuntur, non nisi unica locum habeat Leuteratio. *Verba Ordin. Proc. tit. 35.* initialia ita disponunt: Weil Vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte / einem jedem /*

E  
Der

Not. 16.  
Unica saltem  
Leuteratio  
Jure Saxonico  
admittitur  
rejeeta Leute-  
ratione Leu-  
terationis

Uti Appellatio  
ita Leuteratio  
interponenda  
est intra de-  
cendium.

Ord. Proc.  
Tit. 35.

3.  
 Oberleutera-  
 tio locum ha-  
 bet in Supr.  
 Appellationū  
 Judicio in cau-  
 sis quæ ibi ci-  
 tra Appella-  
 tionem venti-  
 lantur

4.  
 A Sententiâ  
 Leuterationis  
 correctoriâ,  
 nec non illâ  
 quæ novum  
 gravamen  
 continet iterū  
 Leuterare  
 permissum

der sich durch ein Urthel beschwert zu seyn vermennet / innerhalb 10. Tagen darwieder Leuterung einzusetzen / und solch Urthel dadurch zu suspendiren verstattet wird / so lassen wir es auch dabey verbleiben / wollen aber / daß es hiemit vermöge unsers Groß Herr Vaters / löblicher und Christlicher Gedächtniß / publicirten Constitution gehalten / und derowegen allein in denen Sachen / welche ohn Mittel vor unsern Appellation-Gericht anhängig / über die erste Leuterung / und darauff erfolgtes Urthel / auch die andere / so man die Oberleuterung nennet / zugelassen / in denen Sachen aber / welche durch eingewandte Appellationes an uns erwachsen / wie auch in allen andern Unter-Gerichten auff ein jeder Urthel nur eine Leuterung verstattet werden solle. (3) Limitatur tamen hæc regula Juris Saxonici, quod unica saltem Leuteratio locum habeat, dum Oberleuteratio admittenda est in supremo Appellationum Judicio, in illis casibus, quibus causa ad supremum Judicium non per viam Appellationis, sed quasi in prima instantia eò est deducta. Probari hoc potest ex verbis nostræ Constitutionis: Und ganz keine Oberleuterung stat haben / Alleine wollen wir dieselbe in denen Fällen / wie es bißhero bräuchlich gewesen / an unsern Hoff zu lassen. (4) Quamvis Leuteratio unica saltem esse debeat, & regulariter Jure Saxonico Leuteratio Leuterationis non detur, neque à sententia Leuterationis alia leuteratio admittatur, permittitur tamē leuterare à Sententiâ Leuterationis, si per illam prior sententia sit correcta, vel novum gravamen sententiæ Leuterationis annexum, quò casu à sententiâ etiam leuterationis denuò leuterare licet, hac tamen lege & Con-  
 ditio.

ditione, ut in Scheda Leuterationis expressè specificetur, ex quibus causis & gravaminibus Leuteratio sit interposita, ut constare possit Judici, num à gravamine jam in iudicium deducto, an verò super puncto novo & emergente Leuteratio sit interposita. Verba *Ordin. Proc. tit. 35. in princ.* hæc sunt: Es würde denn in dem Leuterungs Urthel das vorige geändert/ oder demselben ein neuer Punct mit angehangen / derentwegen die Partheyen fernere Leuterung einzuwenden Ursach hätten / die dann auff solchen Fall nachgelassen werden soll / jedoch anderer Gestalt nicht / als wofern in der Leuterung ausdrücklichen specificiret wird / wessen Ursach halben der Beschwerte Theil dieselbe einwende / damit man Nachricht habe / ob des vorigen oder neuen Punctes halben geleutert werde/ (5) Quod si sententia plura membra contineat & Leuteratio interponatur super uno vel altero saltem articulo, tunc effectus suspensivus ad alia puncta, à quibus Leuteratio interposita non est, extendēdo non est, sed quoad reliqua sententia vires rei iudicatæ nacta esse videtur. Et quamvis Leuteratio communis sit utrique litiganti, illa tamen alteri Parti, quæ Leuterationem non interposuit, quoad illa saltem puncta, à quibus leuteratum fuit, communis est, nisi Leuteratio generalibus verbis interposita sit à totâ sententiâ, quò casu tota sententia pro suspensâ habetur, quamvis super unò saltem gravamine prosecutio facta sit, verba *Ordin. Proc. §. 1. ita habent.* Da auch ein Urthel mehr denn einen Punct in sich hätte / usi es würde die Leuterung nur über einen oder mehr gewisse Artikul eingewandt / soll sich auch der Effectus suspensivus weiter nicht / als auff dieselben erstrecken / der

5.  
Super uno membro Sententia Leuteratio interposita ad alia trahi non potest.

Communis est Leuteratio alteri parti sed solum in membris à quibus Leuteratio interposita.



andern Punct halben aber das Urtheil seine Krafft erreichen / und darumb / ob gleich die Leuterung / welche allein von einem eingewand / beyden Theilen / so wohl als die Appellation, gemein zu seyn pfleget / soll doch solches auch nur allein auff den Punct / deßhalben geleutert / verstanden werden: Es wäre dann die Leuterung mit gar gemeinen Worten auff das ganze Urthel gerichtet / auff welchen Fall das ganze Urthel dadurch suspendirt seyn soll / wenn auch gleich hernacher in der Prosecution die Gravamina nur über einen Punct deducirt würden.

Not. 17.

*Fatale Leuterationis Saxonice duplex (1) interponenda 10. dierū (2) Prosequenda, cujus requisita recensentur*

*Non sufficit in Scheda petere Leuterationis Terminū & Citationem ad prosequendum.*

Not. 17. *Quod Fatale attinet Leuterationis, duplex illud est (1) Interponenda decem nempè dierum à Publicatione sententiæ. (2) Prosequenda, circa quod observandum est, quod Leuterans intra terminum Saxonicum sex septimanarum & trium dierum à Judice, qui sententiam publicavit, citationem petere debeat ad prosecutionis terminum, quod si neglexerit, Leuteratio pro desertâ habenda est, & sententia transit in rem judicatam, verba nostræ Constitutionis in §. 1. ita disponunt: Ein jeglicher Leuterant soll schuldig seyn innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen bey dem Richter / so das Urtheil publiciret, umb citation zur prosecution und Vollführung der Leuterung anzusuchen / und da solches von Ihme verbliebe / soll die Leuterung erloschen seyn / und das gesprochene Urtheil seine Krafft erreicht haben. Huic Constitutioni satis fecisse non videtur Leuterans, quamvis in ipsa Scheda Leuterationis citationem petat fieri à Judice ad prosequendum, nisi postmodum intrâ terminum Saxonicum quoque omnem diligentiam adhibeat, ut à Judice terminus*

*mus;*

DE LEUTERATIONE.

nus præfigatur & citatio impetretur, quod si neglexerit, Leuteratio pro deserta habetur & Leuterans simul in expensas damnatur, quamvis post terminum citationem impetraverit, quæ Leuteratio itidem pro deserta habetur, si in termino prosecutionis Leuterans non compareat. Verba *Ord. Proc. tit. 35. §. 2.* hæc de re ita sentiunt: Nach dem auch in vielgedachter Constitution verordnet/ daß ein jeglicher Leuterant innerhalb 6. Wochen und 3. Tage umb Citation zur Prosecution anzusuchen schuldig seyn soll/ und es aber fast gemein worden/ daß etliche alsobald in und bey der Leuterung umb citation anzusuchen/ uñ gleich/ ob sie der Constitution hierdurch gnug gethan/ hernacher die Sache ersitzen lassen/ so wollen wir/ daß es an dem/ wenn einer alsobald bey der Leuterung umb Citation zur Prosecution ansuchet/ da er hieauff solche Citatio nicht auch würcklich außbringet/ nicht gnug/ sondern er hierüber absonderlich innerhalb genandter Zeit hierumb anzusuchen schuldig seyn/ und wann solches verbleibet/ sich hieran versäumet haben/ und in die expense vertheilet werden soll/ ob er schon citation außbracht hätte. Wo Er aber gleich wohl auff den zur Prosecution bestimmten Termin nicht erschiene/ soll die Leuterung vor desert erkandt werden.

Not. 18. Quod si verò Leuterans legitimum impedimentum allegare possit, ob quod impeditus sit, quò minus citationem intrà terminum Saxonicum impetrare potuerit & ita moram & negligentiam suam purgaverit, Leuterationem deseruisse non videtur. *Carpz. part. 1. Const. 19. def. 19.* Neque mora ipsius Judicis noxia debet esse.

Not. 18.  
Mora Judicis  
in præfigendo  
Termino Prosecutionis non  
præjudicat  
Leuteranti.



esse Leuteranti. Ad officium nempè Judicis spectat, ut ad petitionem Leuterantis, quàm primum fieri potest, terminum prosecutionis præfigat, & ad minimum intra tres menses id faciat, nec non factâ prosecutione Leuterationis sententiam ferat, vel è Collegio prudentum petat, illamque Partibus publicet: §. 3. *Constit. 19.* Ubi serenissimus Legislator officium Judicis in promovendâ Leuterationis causa ita describit: Es sol auch ein jeglicher Richter schuldig seyn / zu solcher Vollführung einen forderlichen Termin / und zum längsten nach beschehenen Ansuchen / innerhalb drey Monat / zu ernennen und anzusetzen / auch sich darauff schleuniq des Belernungs Urthel erholen / und dasselbige eröffnen. Hoc officio, si judex ad Implorationem Partis debitò modò functus non sit, sed demum post præterlapsos tres menses terminum prosecutionis determinet, vel alias ipsum processum protelet, & morâ in decidenda lite committat, tunc hæc negligentia judicis Parti præjudicare non potest. *Carp. part. 1. Const. 19. def. 20.* A quò tamen dissentit *Berlichius part. 1. Conclus. 7. n. 37.*

Not. 19.  
 Quomodo  
 Leuterationi  
 interposita  
 renūciare pos-  
 sit leuterans?

Not. 19. Quamvis cuilibet permissum sit interpositæ Leuterationi iterum renuntiare, illa tamen renuntiatio fieri debet ante factam citationem, post factam autem citationem Leuterato liberum est, num velit communi beneficio Leuterationis adhuc uti, vel si illò uti nolit, leuterans ipsi expensas refundere tenetur. *Ord. Proc. tit. 35.* ubi hæc verba: Und wiewohl einem jeden nachgelassen / sich seiner eingewandten Leuterung zu begeben / so soll doch solches vor außgewürckter citation geschehen. Wann

DE LEUTERATIONE.

Wenn aber der Leuterant / oder sein Gegentheil / allbereit Citation außbracht hätte / dem Leuteranten dennoch ungeachtet solcher Renuntiation frey stehen / ob er sich der Leuterung / als eines gemeinen Beneficii, gebrauchen wolle / da er sich auch dessen gleich nicht gebrauchte / wo aber dennoch der Leuterant ihn hätte vorladen lassen / oder der Leuterant desselben Seumnis halben Citation außbracht / soll der Leuterant ihm die geursachten Vnkosten zu erstatten schuldig seyn.

Not. 20. Uti in reliquis causis modus procedendi in Judiciis Saxonis *part. 1. const. 1.* Vom Gerichtlichen Einbringen / vom Munde aus in die Feder zu verfahren / præscriptus, præcisè observandus est, ita quoque in Leuteratione ejusque prosecutione idem stylus curiæ adhiberi jubetur, præsentis *Constit. XIX. §. penult.* his verbis. In der Prosecution und Vollführung aller und ieder Leuterung / wie und auff was Urtheil dieselbe eingewand / soll anders nicht / denn mit Versetzung vom Munde in die Feder / und mit Beschliessung zum Urtheil / durch drey und drey Sätze / Wechselsweise procediret und verfahren werden. Excipitur tamen casus in *ord. proc.* quando *Leuteratio* interponitur à *Sententia interlocutoria*, à quâ cum jure communi appellare non liceat, duabus saltem positionibus Partibus, procedendū uti neq; Ober-Leuteratio admittitur à sententiis interlocutoriis, in illis etiam Processibus, in quibus in supremo Appellationum Judicio Oberleuterare licet, ita, ut Oberleuteratio saltem locum habeat à *Sententia definitiva*. Ne tamen per beneficium Leuterationis & Oberleuterationis lites

Not. 20.

*In Leuteratione Modus procedendi observandus est.*

*Const. 1. pag. 1. præscriptus vom Munde aus in die Feder.*

*Exceptio in Leuteratione à sententia interlocutoria.*

*Prosecutio Leuterationis in termino*



*prefixo fieri  
debet sub pœ-  
nâ desertionis*

nimum protrahantur, in termino proximo prosecutio & Leutationis & OberLeutationis fieri debet, cum Advocatis causæ status jam cognitus sit, quod si illud in termino negligatur, Leuteratio pro deserta habetur, nisi ob iusta impedimenta prosequi Leutationem non potuerit Leuterans, quò casu tamen in expensas condemnatur. *Carpz. part. 1. constit. 19. def. 33. & 34.* In quas expensas etiam condemnatur temerè leuterans; magis perspicuè hæc traduntur *in ord. proc. tit. 35.* his verbis: Wie denn auch in den Leuterungen ab interlocutoriis von denen/nach Keyserl. Recht / ohne das nicht zu appelliren/nicht mehr / als mit zweyen gewechselten Gesetzen/zum Urtheil beschlossen / und die OberLeuterung auch bey unsern AppellationGericht / in denen Processen / da sie sonst cæteris paribus statt haben könnten / ganz abgeschnitten seyn sollen / in den Leuterungen aber à Definitivis, wie auch derselben Ober-Leuterungen / mag es bey dreyen Sätzen / Wechselsweise einzubringen / verbleiben / doch daß allezeit Leuterant / oder OberLeuterant in termino proximo, bey Verlust derselben / prosequiren / und die Partheyen zum Urtheil beschliessen / weil den Advocaten die Acta allbereit bekant / und sie hierzu keiner sonderbahren fernern Information benöthiget.

Not. 21.  
*Finis LEU-  
TERATIO  
NIS aut sen-  
tentia prioris*

Not. 21. *Quem in finem Leuteratio in foro Saxoni-  
co sit introducta, ipsum nomen indicare videtur, quòd  
nempe mediante illâ sententia iudicis obscura illustretur,  
vel si iniquitatem quandam sapiat, & cardinem negotii  
non satis attingat vel exprimat, per iteratam & diligentio-  
rem Actorum perlustrationem, sententia in statum me-  
lio-*

DE LEUTERATIONE.

liorem & æquioram reducatur, unde salutaris illa clausula Juris Civilis *ex L. 4. C. de tempor. Appellat. non deducta deducam, non probata probabo*, in Leutatione quoque locum invenit ita rectè sentiente *Carpzovio part. 1. Const. 19. def. 2.* Et ita Leuteratio recipitur à Judice, si Leuterans certa quædam gravamina contra sententiam allegare possit, quæ si nulla habeat, facili opera à Judice illa rejici potest, vel si quidem habeat, & alleget gravamina aliqua in schedulâ Appellationis, quæ tamen Judici ex antè actis non apparent probabilia, vel prorsus ad mutationem sententiæ nihil operantia, tunc arbitrio Judicis relinquitur, num Leutationem statim rejicere, vel Leuteranti juramentum malitiæ injungere malit, antequam Leutationem recipiat, & quamvis Leuterans à rejectione Judicis appellare adhuc possit, illa tamen à Judice Superiori haud facilè admittitur, nisi prægnantes adsint rationes & allegentur, quare Judex inferior Leutationem rejicere non debuisset. Et si quidem Leuterans in Leutatione nihil obtinuerit, ille regulariter in expensas retardati processus condemnatur, & prior sententia confirmatur. Ita nempe hæc de re disposuit *Sereniss. Legislator in Ord. Proc. tit. 35. §. 4.* his verbis: *Die weil aber sonderlich dis Mittel sehr mißbraucht wird / auch also / daß fast kein Urthel / es sey die Sache so klar / wie sie wolle / publiciret werden kan / daß nicht ein oder der ander Theil läutere / so sollen nicht allein in den Leuterungs Sachen / die muthwilligen Leuteranten / welche keine Declaratoriam erhalten / in die Expensas retardati Processus vertheilet werden / sondern auch in unserer Regierung / Appellation und Hoffgerichte Discretion und arbitrio stehen / ob sie /*

nach

*declaratio aut  
Correctio.*

*Quando reje-  
ctio Leutera-  
tionis locum  
habeat?*

*Juramentum  
Malitiæ.*

*Appellatio à  
rejectione Ap-  
pellationis.*



nach Gelegenheit der angeführten Gravaminum, den Leuterungen / die zumahl noch bey wärenden Gerichten einkommen / deferiren / oder dieselben abschlagen / oder zum wenigsten / wenn sie vermercken / daß nur vergeblicher Verzug der Sachen hiedurch gesucht würde / dem Leuteranten / ehe sie die Leuterung zu lassen / das Juramentum malitiæ auferlegen wollen / zu dem Behuf dann in den Gerichten durch gewisse Personen fleißige Protocolla gehalten werden sollen / darmit man sich der angeführten Gravaminum halben desto besser informiren könne. Ab hac tamen refusione Expensarum Leuterans immunis est, si prior sententia per Leutationem, vel declarata vel mutata & correcta fuit, ob verba §. ult. *bujus Const. XIX.* Es sollen auch forthin in Leuterungs-Sachen / wenn dieselbe freventlich eingewandt / die Expens retardati Processus erkant / da aber die Leuterung erheblich befunden / und das vorige Urtheil etwas erkläret / der Leuterant mit der Condemnation expensarum verschonet werden.

Not. 21.  
*Gravamina  
 Leutationis  
 speciatim al-  
 leganda & in  
 prosecutione  
 deducenda.*

Not. 22. Ut autem Judici de Gravaminibus Leutationis, eò meliùs constare possit, illa non solum in schedulâ Appellationis sunt exprimenda, sed etiam & maximè in ipsò persecutionis termino speciatim & quoad singula puncta deducenda. Nec permissum est Advocatis in prosecutione Leutationis sese ad Acta priora referre, vel producta, sed si hoc faciant, poenâ decem Imperialium mulctandi sunt, ob verba §. penult. ord. Proc. tit. 35. Darneben wollen wir iedem Advocaten bey Straff zehen Thaler / hiemit auffgelegt haben / daß er in pro-  
 secu-

secutione seines Klienten Gravamina, oder derer Verantwortung in specie anführen / nicht aber bloß ad acta, oder Producta priora sich referiren solle. Quod si etiam Advocati ex imperitia locò Leutationis saltem protestationem interponant, ejusmodi protestatio vires remedii suspensivi non habet, neque illum effectum sortitur, ut in vim Leutationis admitti debeat, §. ult. ord. Proc. tit. 35. Weil es auch mehrmals geschieht / daß wieder Urthel und Urthelmäßige Abschiede / nicht Leuterungen oder Appellationes, sondern nur gemeine Protestationes, von unerfahrenen Procuratore eingeworfen / und hernach unnötige Disputationes dardurch erregt werden / ob und wie weit berührte Urtheil / oder Abschiede dadurch suspendiret werden / So wollen wir / daß dergleichen Protestation = Schrifften Effectum suspensivum nicht haben / noch in vim Leutationum gelten sollen. Sic etiam Leuteratio à Procuratore vel Advocato sine mandato interposita pro inadmissibili habetur, Daß die eingewandte Leuterung nicht zulässig. Nec subsistit Leuteratio sine mandatò interposita, quamvis ratificatio accesserit Domini & Principalis, post elapsum decendum. *Carpz. part. 1. Const. 19. def. 4. & 6.*

Not. 23. Coronidis locò de Leutatione illud adhuc notandum est, quod illa solummodo locum habeat in causis *civilibus* non verò *Criminalibus*, quamvis aliàs à quâlibet sententia, sive *interlocutoria*, sive *Definitiva* etiam post tres conformes sententias leuterare liceat. Et quamvis in summariissimo Possessorio regulariter Leuteratio & Appellatio locum non habeat, illa tamen regula nonnunquam suas admittit Exceptiones, quas alibi notabimus.

*Protestatio contra Sententiam vim suspensivam non habet ut Leuteratio.*

*A*  
*Procuratore sine Mandato interposita Leuteratio inadmissibilis est.*

Not. 23.  
*Leuteratio in Civilibus saltem non Criminalibus causis, admittitur.*

In Inquisitorio Processu  
Defensio Rei  
vice Leuterationis est.

In Inquisitorio processu Criminali, certum est non admitti Leuterationem, ejustamen locò Reo conceditur *defensio* unâ vel alterâ vice, admittunt tamen nonnulli leuterationem, si de levi agatur crimine, quod corporis afflictiva poenâ non puniatur. Et tantum de LEUTERATIONE.

## CONSTITUTIO XX.

Ob die Appellation/ so für Notarien und Zeugen  
geschehen / anzunehmen?

**W**iewohles nicht ohne / daß in gemeinen Rechten die Appellation vor Notarien und Zeugen / ohne Unterscheid nicht gestattet / sondern allein angenommen werden soll / wenn der Appellant den Richter nicht haben kan / oder aber er hätte sich von ihm zubefahren / so halten doch etliche / daß sie auch dieser Derter soll zuläßig seyn. Damit nun derowegen auch Gewißheit sey / so wollen wir / daß diese letzte Meinung gehalten / und den Appellationen / so gleich auch für Notarien allein geschehen / deferirt werden sollen.

## NOTÆ.

Not. i.  
Appellatio  
pingvius est  
Remedium  
quam Leute-  
ratio.

Appellatio &  
Provocatio ad  
Superiorem  
jure divino

Not. i. Alterum remedium, quò Sententia Judicis à viribus rei judicatæ suspenditur, est APPELLATIO, & pingvius adhuc est remedium, quam LEUTERATIO, & non solum beneficium est *suspensivum*, quo Sententia coram eodem iudice denuò ventilatur & examinatur, àque viribus rei judicatæ suspenditur, sed & devolutivum, quo tota causa à Iudice inferiore, qui sententiam dixit, ad Superiorem devolvitur. Ejusmodi *Provocatio* vel *Appellatio* ad superiorem iudicem tam jure *divino*, quam *humano* fundata esse videtur & recepta, nec enim defunt exempla in sacris li-

DE APPEL. CORAM NOTARIO & TESTIBUS.

teris illorum, qui sententiâ inferioris Judicis gravati ad Superiorem & Principem provocarunt, sic Paulus legitur à Festo Præsede Provinciæ provocasse ad Casarem Augustum, Actor. c. 25. Ubi Paulus his verbis utitur: Ich beruffe mich auff den Keyser. Quæ Appellatio concessis quasi Apostolis reverentialibus oretenus à Festo fuit recepta his verbis: Wuff den Keyser hastu dich beruffen/ zu dem Keyser solt du ziehen. Neq; solum jure divino, sed omni quoq; humano Gentium & Civili, Canonico & Ecclesiastico, beneficium hoc Appellationis approbatum & introductum est, variisq; requisitis ornatum & instructum, uti patet ex variis titulis ff. lib. 49. tit. 1. usq; ad tit. 14. It. ex lib. 7. C. tit. 62. usq; ad tit. 71. Ubi Jura Romanorum circa Appellationē ritè formandā in judiciis prolixè occupata sunt, cum quib9 non malè conveniunt varii tituli Juris Canonici de Appellationibus lib. 2. Decret. tit. 28. tit. 15. lib. 6. Decretal. Non minus solidè hæc de Appellationibus materia elaborata est in Ordin. Camer. Imper. part. 2. tit. 28. usq; ad tit. 32. Cui jungi possunt varii Recessus imperii. Cordi deniq; Sereniss. Legislatores Saxonicis curæq; fuit, salutare hoc beneficium Appellationis in certas leges & Constitutiones Judiciis Saxonicis conformes redigere, uti imprimis testatur Sereniss. Electoris, CHRISTIANI II. Ordinatio Appellationum: oder die Churfürstl. Sächs. Appellation Ordnung. publicata Dresda, d. 20. April. 1605. Quam Ordinationem Serenissimi alii Legislatores Successores, JOH. GEORG. I. & JOH. GEORG. II. multis aliis Constitutionibus illustrarunt & novissimis decisionibus adornarunt.

Not. 2. Cum verò hæc Constitutione de illa saltem specie Appellationis tractetur, quæ interponitur coram Notario

comprobata  
exemplo Pauli  
ad Casarem  
provocantis.

Jure Gentium  
& Civili Ca-  
nonicoq; Ap-  
pellatio rece-  
pta.

Idem Jure Ca-  
merali Imper-  
rii.

Ordinatio Ap-  
pellationum  
Saxonica  
CHRISTIA-  
NI II.

Not. 2.  
Constitutio  
XX. de illa sal-  
tem Appella-  
rio

*eione tractat,  
quæ interpo-  
nitur coram  
Notario & te-  
stibus.*

rio & testibus, de universa etiam Appellationum materia, prout illa in Jure Civili, Canonico, Camerali & Saxonico pertractata est, jam prolixè satis dictum sit à Nobis in *tr. de ordin. jud. celebr. germ. c. 24.* & Propositum nobis sit, si Deus vitam concesserit, *Ordinationem Appellationum Saxoniam* peculiaribus aliquot notis & observationibus, nec non publicis dissertationibus ventilare, ideoq; secundum ductum nostræ Constitutionis de illâ saltem dicemus *Appellatione*, quæ interponitur *coram Notario & Testibus*.

*Not. 3.  
Regulariter  
Appellatio in-  
terponenda  
est coram Ju-  
dice.*

Not. 3. Regulariter quidem omnis Appellatio interponenda est coram illo Judice, à quo Sententia lata est. *L. 1. ff. Quis à quo appelletur.* Cum tamen sæpius contingat, ut intra decem dies, quibus Appellatio interponenda est, copia judicis haberi nō possit, vel judex, à quo appellatur ad superiorem, appellationem recipere recuset, neq; Apostolos reverentiales neq; refutatorios appellanti dare velit, sed ap-

*Quibus Cast-  
bus admitta-  
tur Appellatio  
coram Nota-  
rio & Testibus  
jure civili &  
Canonico.*

pellationem prorsus rejiciat, ideo his & aliis casibus appellatio interponi potest coram *Notario & testibus*, quod præsertim concessum est *Jure Canonico*, c. Si justus 73. X. De Appellat. Quod & disponi videtur *Jure civili Romano*, *L. 7. ff. de Appell. ubi Marcianus* *Jctus* ita sentit: *Cum quidam propter violentiam judicis non ipsi, à quo appellavit, dedit libellos, sed publicè proposuisset: Divus Severus veniam ei dedit, & permisit ei causas Appellationi agere.* Idem dispositum est in *Ord. Cam. part. 2, tit. 29. §. 5.* Præsenti nostrâ Constitutione

*Jura Saxoni-  
co indistincte  
admittitur.  
Const. 20.*

Serenissimus Legislatores indistinctè *appellationē* coram *Notario & testibus* admittere videtur, quamvis quis copiam judicis habere potuerit, vel judex Appellationem recipere nō recusaverit, & ita Jus Saxonicum à Dispositione Juris Civilis & Canonici hac in parte recedere videtur, verba nostræ

Con-

DE APPELAT. CORAM NOT. & TESTIBUS.

Constitutionis finalia ita habent: Damit nun derowegen auch Gewißheit sey/ so wollen wir/das diese letzte Meinung gehalten / und den Appellationen/ so gleich auch für Notarien allein geschehen/ deferirt werden solle. Et quod à Jure Communi recesserit Legislator, ipse innuit verbis initialibus hujus Constitutionis, quæ hæc sunt: Wiewol es nicht ohne/das in gemeinen Rechten die Appellation vor Notarien und Zeugen / ohne Unterscheid nicht gestattet/ sondern allein angenommen werden sol / wenn der Appellant den Richter nicht haben kan/oder aber er hätte sich von ihm zubefahren / so halten doch etliche/ das sie auch dieser Derter soll zulässig seyn. Confirmata est hæc nostra Constitutio ab Electore CHRISTIANO II. In Ord. Apell. tit. von Appellationen/wie die angenommen und justificirt werden sollen. §. 1. Ubi tamen hoc additur, quod ejusmodi Appellationes interpositæ coram Notario & Testibus intra mensem introducendæ sint & offerendæ Judici, ad quem appellatum fuit, uti etiam à Superiore judice recipi non jubentur, antequam à Judice inferiore, à quo appellatum est, informatio petatur de statu causæ, à qua appellatum est, ut inde cognoscere possit Judex superior, an Appellatio recipienda sit vel rejicienda, verba textus in Ord. Apell. ita habent: Die weil aber auch in unsers geliebten Herrn Groß Vaters/loblicher und Christlicher Gedächtnis/ außgegangenen Constitutionen/die Appellationes coram Notario & testibus verstattet/ so lassen Wir es auch bey demselben bewendē/ wollen allein/das auch dergleichen Appellationen außs längste/ inderhalb Monatsfrist / von Zeit an / da sie eingewand worden/ bey Verlust derselben / an unsern Hoff anbracht werden sollen/

Ord. Appellat.  
tit. von Ap-  
pellationen  
wie die ange-  
nommen/ §. 1.



sollen/und weil sich ihrer viel dieses Rechtlichen Mittels  
 oft mißbrauchen / so sol zuvor / und ehe/ dann solche  
 coram Notario & testibus beschehene Appellationes ange-  
 nommen werden / den Unter-Richtern förderlich umb  
 Bericht geschrieben werden/ damit man aus demselben  
 der Sachen Gelegenheit desto besser zuvernehmen/und  
 nach Befindung / ob der statt zu geben/entschliessen ha-  
 ben möge.

Not. 4.  
*In Scriptis sal-  
 tem appellari  
 potest coram  
 Notario &  
 Testibus.  
 Appellatio  
 quæ fit viva  
 voce jure  
 communi Sa-  
 xonico rece-  
 pta.*

*Num Consue-  
 tudine moder-  
 nâ Appellatio  
 quæ fit vivâ  
 voce in judici-  
 is Saxonis  
 abrogata.*

Not. 4. Intelligenda tamen hæc Juris Saxonici di-  
 spositio saltem est de illa Appellatione, quæ in *scriptis* in-  
 terponitur. Nam de illâ, quæ *viva voce*, vel *stante pede*, ut a-  
 junt, interponitur Appellatio, quæ fieri potest solâ vocula  
 APPELLO, in continenti post latam sententiam. *L. 2. ff. de  
 Appellat.* ubi dicitur, *Si quis apud acta appellaverit, satis e-  
 rit, si dicat APPELLO*: Hæc Constitutio intelligi non potest.  
 Et Jure communi Saxonico dubium non est, quin etiam vi-  
 vâ voce appellari possit, *Nuff frischen unverwandten Zus  
 mit lebendiger Stimme. Land R. Artic. 6. lib. 2. Gloss.  
 Weichbild. Art. 14.* Quamvis pleriq; Doctores & interpre-  
 tes *Juris Saxonici Zobel, Wesenbecius, Colerus, & alii* existi-  
 ment, consuetudine modernâ in Judiciis Saxonis solam  
 receptam esse Appellationem, quæ fit in *scriptis*, & ex usu  
 recessisse illam, quæ fit *viva voce*. *Carpz. part. 1. Const. 20.  
 def. 5.* Quod probare volunt textu ordin. *Appellationis. tit.  
 Von Appellationen / wie die angenommen / 2c.* Verùm  
 contrarium ex hoc textu probari potest, dum verbis initia-  
 libus hujus tituli expressè fit mentio appellationis, quæ in  
 continenti fit & *vivâ voce*, quæ hæc sunt: *Wann einer von  
 einem Urthel / oder andern zugefügten Beschwerden /  
 davon man in rechten appelliren mag / sich an Uns be-  
 ruf*

ruffen/ und solches vor dem Unter-Richter / und in Gegenwart desselben thun wil / soll er entweder alsbald und in continenti nach Eröffnung des Urthels/oder zugefügter Beschwerde / mit lebendiger Stimme / oder zum längsten / innerhalb 10. Tagen in Schrifften mit Anzeigung der Ursachen seiner Beschwerde / appelliren. De eo dubitare non licet, coram solo Notario sine Testibus Appellationem interpositam non valere, nec ob stare possunt verba finalia nostræ Constitutionis, und den Appellationen/so gleich auch für Notarien allein geschehē/deferiret werden solle. Rectè enim monet Carpozovius per vocabulum *Allein* non excludi Testes, sed illa innuere validitatem Appellationis coram solo Notario & Testibus interpositæ, ita, ut insinuatione non indigeat coram Judice à quo appellatum est. Quamvis tutius faciat Appellans, si Appellationem coram Notario & Testibus factam, Judici, à quo appellat, insinuet, ad evitanda attentata. *Mollerus ad hanc Const. n. 11. Carpz. part. 1. Const. 20. def. 1. & 2. Qui def. 3. hanc nostram Constitutionem ad Leutationem, quod illa ad similitudinem Appellationis etiam interponi possit coram Notario & testibus, extendit.*

Not. 5. *Novissimò Jure Electorali Saxonico* Constitutio hæc nostra iterū correctæ videtur, & hæc quæ dicta sunt de Appellatione & testibus interposita, quod nempe illa indistinctè admittenda sit in judiciis Saxonice iterum secundum Dispositionem Juris Communis ad certum aliquem casum restricta, quando nempe ille, qui appellare vult, à sententia Judicis inferioris, à Judice, qui sententiam dixit, neq; Apostolos reverentiales neq; refutatorios impetrare potuit, quod ipsum si Judici superiori demonstrat, Appel-

*Coram Solo Notario Appellatio interponi non potest.*

*Leuteratio etiam coram Notario & Testibus interponi potest.*

Not. 5.

*Jure novissimo Electorali Erledigung der Lands Gebrechen / tit. von Justitien Sachen / Appellatio coram Notario & Testibus salte locum habet quando judex appellatio rejicit.*

G

la-

latio coram Notario & Testibus recipitur, quod si verò illud probare non possit, neque etiam Judex inferior appellationem rejecerit, quod novissimo mandato Electori sub certâ pecuniariâ pœnâ prohibitum est, quo omnes indistinctè Appellationes recipi jubentur à Judice inferiore, tunc à Judice Superiore, vel ad quem, Appellatio coram Notario & Testibus non admittitur, Erledigung der Landes-Gebrechen de anno 1661. tit. von Justitien Sachen. §. 30. Und weil zum 30. Wir viel Mißbräuche bey denen Appellationen coram Notario & testibus verspüren / so soll derjenige / so sich einer solchen Appellation anmasset / bey überreichung derselben bescheinigen / daß er bey dem Unter-Richter weder Apstel / noch Bericht erlangen können / anderer Gestalt ist er damit gänzlich abzuweiße.

TEXTUS.  
CONSTIT.  
XXI.

CONSTITUTIO XXI.

Von der Beweisung in der andern Instanz.

Es ist bishero in unsern Landen in Übung gehalten / daß anderweit Beweisung durch Zeugen über die vorigen Articul / derwegen in prima instantia Gezeugnis geführt / oder auch super articulis directò contrariis, nicht zugelassen werden. Dieweil denn solcher Gebrauch dem gemeinen und Sächsischen Rechten gemess / so wollen wir / daß derselbe auch nachmals gehalten / und also gesprochen werden soll.

NOTÆ.

Not. I.  
Connexio &  
Argumentum  
Constitutionis  
ali.

Not. I. Postquam Serenissimus Legislatoꝝ in præcedentibus Constitutionibus egit de Probatione & Reprobatione, Disputationibus Partium, Sententia judicis, ejusque Leutatione & Appellatione, præsentî hâc XXI. Constitutione adhuc quæstio ventilatur & deciditur: Numne in se-

CHN-

DE PROBATIONE IN SECUNDA INSTANTIA.

*cunda instantia vel iudicio Appellationis novis probationibus liceat uti Appellanti? Hæc Quæstio jam dum jure communi præsertim Canonico reperitur decisa, Clement. 8. cap. ult. de Testib. ubi Pontifex Clemens V. his utitur verbis: Testibus rite receptis, & eorum attestationibus publicatis, sicut non licet super eisdem vel directo contrariis articulis alios vel eosdem testes in principali causa producere, sic non debet in appellationis causa licere. Cum non minus in Appellationibus, quam in principali causa subornatio sit timenda. Intelligenda tamen hæc Quæstio solum est de Probatione, quæ Testibus fit, non de illâ, quæ Instrumentis, & ita Clementina allegata illud saltem videtur disponere, quod super articulis in priori instantiâ propositis nequeant examinari novi testes in Appellationis instantiâ, prohibitum tamen inde non est Appellanti in secundâ instantia ad probationem causæ suæ novis instrumentis uti, cum hæc Constitutio expressè loquatur von Beweisung durch Zeugen. Quæ res admodum tamen dubia esse videtur, dum notum est ex Constit. XVI. quod Post semel factam publicationem Attestatorum, & factæ probationis, ulterior probatio non admittitur, ubi verba finalia ita habent: So soll auch nach der Publication und Eröffnung der Beweisung keinem Theil/ es hätte von der Zeugen Außage Abschrift bekommen oder nicht / ferner Beweisung zu führen / oder mehr Zeugen verhören zu lassen gestattet werden. Qui textus generalis est & in omni probatione locum habet, non solum eâ, quæ fit per Testes, sed & quæ fit per instrumenta. Ad hunc textum quidem respondet Carpozovius, quod præsens nostra Constitutio XXI. in eo recedat à Constitutione XVI. quod nempe novæ probationes in secundâ etiam instantiâ non recipiendæ sint, si in prima instantiâ probatio facta sit per testes, dum hæc Constitutione expressè saltem mentio fit Testium, his verbis: Daß anderweit Beweisung durch Zeugen nicht zuzulassen. Et ita hæc Constitutio extendenda non sit ad Probationem, quæ fit per instrumenta, sed recurrendum esse ad dispositionem Juris Communis L. per hanc C. de temporal. Appell. Verum non placet per omnia mihi hæc concilia.*

*Num in secundâ Instantia liceat novis Probationibus uti.*

*N. si Testibus facta probatio.*

*Novis Instrumentis in secundâ Instantia nullibi prohibitum.*

*Rationes dubitandi.*

*Carpozovii Sententia.*



Rationes pro  
Negativâ.

ciliatio, cum Constitutio etiam XVI. loqui saltem videatur de Probatione, quæ sit per testes & circa materiam de Publicatione Probationis *ex Ordin. Proc.* ostendimus, Probationem, quæ sit Documentis ad solennem publicationem restrictam non esse. Num verò post peractam probationem per instrumenta liceat novis instrumentis uti, admodum dubitandum est, præsertim si illorum documentorum in articulis probatorialibus non facta fuit mentio, & in prima instantiâ expeditum est, quod absolutâ etiam probatione per instrumenta in Disputationibus non liceat uti novis instrumentis, unde post Conclusionem in causâ, & post latam sententiam in primâ instantiâ admodum dubia res est, num in secundâ instantiâ Appellans aliis uti possit instrumentis, quàm usus fuit in primâ instantiâ, vel talibus, quibus uti eum non licuit, nec video, quomodo *Carpzovii* Sententia benè defendi possit, quamvis enim magnus favor sit probationis in jure, & Appellationis etiam beneficium, nemini denegandum, quo non deducta deducere, non probata probare permittitur, attamen favor tantus esse non debet, ut fatalibus Lege definitis contra venire liceat, accedit, quod in secundâ Appellationis instantiâ aliud pro gravamine allegari non debeat, quàm, quod in primâ instantiâ jam tum fuit ventilatum. Negare interim non possumus, interdum ob æquitatem & Circumstantias causarum à rigore Juris Judicem recedere posse, sic ipsemet fatetur *Carpzovius part. 1. Const. XXI. def. 6.* Quod nova Probatio in Appellationis instantia super articulis prioribus in causâ dotis admittatur, quod etiam verum est in aliis causis favorabilibus & privilegiatis, uti sunt causæ piæ, matrimoniales, mercatorum &c. Quas recenset *Matth. Berlich. part. 1. Concl. 20.* *Daniel Moller. ad Constit. 21. n. 4.* Quæ omnes arbitrio Judicis sunt relinquendæ, qui judicabit, num novæ probationes vel per testes, vel per instrumenta admittendæ sint in secundâ instantiâ, generaliter verum est, quod novæ probationes in secundâ instantiâ admitti non debeant, cum nec exceptiones in primâ instantiâ omissæ nequeant opponi in instantia Appellationis. *Carpz. part. 1. Const. 21. def. 10.*



DIS  
CONST  
DIV  
SENTEN  
RATI  
Ad Part.  
Indu  
IN ACAD  
WERN  
MA  
CO  
In Audit  
CHRISTI

Typis

6.  
CA  
ORALE  
TI,  
LEUTE-  
LLA-  
& seqq.  
is  
GENSI,  
DORO  
P.  
1683.  
Kette/  
gr.

